IOANNIS ANTONIDES VANDER LINDEN DE SCRIPTIS MEDICIS LIBRI...

Johannes Antonides : van der Linden




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
7 L
31

IOANNIS ANTONIDES
VANDER LINDEN

DE SCRIPTIS MEDICIS

Libri duo.

Quibus præmittitur

AD

D. PETRVM TVLPIVM

Manuductio ad Medicinam.



AMSTELREDAMI,
Apud IOHANNEM BLAEV,
cIↄ Iↄc xxxvii.

Domino

PETRO TVLPIO,

Magni Viri,

D. NICOLAI TVLPII,

Ex-Scabini, Senatoris, Medici, & Anatomici Amstelredamensis F.



trumque de Scriptis medicis librum hunc nec si mittere alio vellem, possem: nec si possem, vellem. Magni Patris tui in me illud adfectus facit, hoc in te meus. Qui & ipse ortum ab isto ducit. Neque sit ille dies, quo alteruter non dicam moriatur, sed langueat. Ac Deus mihi det semper & probari talibus, & probare. Equidem à bonis omnibus amari, æstimari, laudari, id cupio (cur dissimulem?) amo, æstimo. Et quanti, putas, à Patre tuo? viro auctoritatis maximæ à virtute, prudentia, doctrina. quæ triga omnium judiciis pectus ejus habet. Quanti immerentem? solo impulsu beneficæ & humanæ naturæ. quæ velut fato aut Genio proprie est sua. Immerentem? ita est, fateor: & ideo magis merito redamantem. Non Patrem. quem amare semper ego parum duxi, in magno habui colere, & æternum colam. Te amo, juvenum decus: & scriptum habeo non in externo & ambitioso isto amicorum albo, sed ἐν ταῖς φρενῶν δέλτοις, *in animi tabulis*. Quin ut luna quod luminis à sole accepit, infero huic mundo refundit: sic ego amorem, quem ab illustri illo viro. Et omnino non sim humanitatis & virtutis studiosus, imo ingratissimus mortalium,

 nisi

niſi eumdem tibi reddam. Atqui ſerius. Volui citius, Deum teſtem capio: ſed occaſio numquam fuit promere, quem tibi debitum in interioris meæ voluntatis velut Veſtali ſecreto clauſum ſervabam. Nunc videtur factum. non neglego: non protollo. eccum me: me tuum. tuum profiteor animo, ore, ſtilo: & hoc nomen in fronte hujus libri proſcribo. Quem non donum, ſed ſyngrapham ad te mitto. qui autem donum, quod nec meum quidem dixerim? niſi collectione & ordine. Tamen in his etiam r[illegible]lo de aliorum labore aut ingenio detractum. Præ[illegible]eris *Schenckii*, *Spachii*, *Galli*, aut *πολυγράφου Geſneri*. Qui jamante multam illis operam & rei medicæ utilem præbuere. Qui fere ſoli meruere quidquid hinc laudis. Cujus præconem me, non prædonem hocipſo opere teſtor. Quod olim è paterna bibliotheca privatim [illegible]criptum, duplici cauſſa publice do. Prior eſt, quia, quam aliis alii, eamdem lucem conciliare conatus ſum iis ſcriptoribus, quorum monumenta nec viderunt iſti, nec vidiſſe potuerunt. Cauſſa altera. quod ſtudiorum ratio huc me impellit & novus ordo, per quem in promtu eſt ſciviſſe, quid de tota materia medica ſinguli, de qualibet plures tradidere. Hoc quantum ſit ſtudiis promovendis, reapſe malim omnes diſcere, quam effuſius dicere. Tu vero, hærere hic in prima via tyronem, & copia librorum, & ignorantia eorum qui & quando legendi aut eligendi ſint, pedem figere, imo tædio aut deſperatione pæne referre. Omnino iſtorum adeo numerum excreviſſe, ut neſcias, pluſne ſtudiis acceſſerit, an bibliothecis. Poſſe (quis neget?) rerum novitate artes ditari, vel inventarum diligenti cultu. Sed ita invaluiſſe ſcribendi cacoëthes,

ut

ut major pars nec notabilia aut laudabilia tamen maxime excerpant. Esse, quos ineditos velis, & qui speciosis titulis eludant, & in quos, si libere loquendum est, Cleobuli illud vetus conveniat: Αμυσία τὸ πλέον μέρος, λόγων τε πλῆθος: *Inscitia in plerisque, & sermonum multitudo.* Præterea, dissipari animum in tanta lectionum varietate; nec raro in incertum tendere, dum fruges quærit in sterili agro, petitque ex inani charta rerum copiam. Nec sufficere brevem vitam arti à natura longæ per tot ambages & temporis dispendia addiscendæ. Imo vero plerumque summa etiam ingenia, dum aditum sibi per omnia scriptorum monumenta ad artis suæ fastigium moliuntur, tacita ætate prius consumi, quam temporis jacturam sentiant. Dubio igitur procul expetere plurimos, & tacitos sæpe optare, esse qui ductor aut director sit, & digitum intendat, quo & qua contendant. Difficile id, nec intentatum. *Sylvius, Mercurialis, Heurnius*, alii, præstitere. Sequantur consilium, Hippocratem cum fructu & Galenum evolvent, & Arabum principem. Iterum tu, non mox adeundos Medicinæ proceres, qui judicium firment, non forment. Hippocratem, quod fallere aut falli nescieverit, divinum habitum; tamen dum brevis est, obscurum fieri, & doctis etiam minus intellegi. Optumum ejus & universæ artis interpretem audire Galenum; tamen dum verbosus est, diem trahere, & spem incohare long.... Profecturam Avicennæ lectionem, si versio verbis polita, fida sensibus foret. (eam utinam nobis Plempius noster: & quam fortiter olim suscepit, conficiat feliciter!) Iamtunc quoque in eo tyrocinium tempestive poni, non cunabula. Initia ab alteris facienda. Quibus, consuluisse

 neminem.

neminem. Hoc esse in votis. & apollinari laurea donandum, qui præeat. Agedum tentemus & istam mereri, & bene de juventute. Medicina nobis proposita: quæ, & cujusmodi? nam variat: & summa ejus divisio est, *Veterinaria* & *Medicina*. Illa, quæ animalium quorumlubet; ista, quæ solius hominis curam habet. In illa Mulomedici sunt, & Accipitrarii, & id genus: qui lucrum ab ignobili opere, & ignavam gloriam quærunt. Veteres, *Absyrtus, Demetrius, Vegetius, Columella*, pulchre eam nec inutiliter sibi fecerunt: cum à propria experientia morbidis animantibus singularia remedia conferunt. Sed hanc partem mittamus, non nunc aut nobis adeundam. altera est vera *Medicina*: quæ quadruplex: *Empirica, Dogmatica, Methodica, Chemica*. Empiricæ genitrix necessitas, experientia nutrix. Audax illa, hæc fallax. Ab utraque consilia temeraria. sed quæ ægrotantibus facile desideratissima sanitatis promissione persuadentur; etiam ubi cum periculo tentantur: adeo blanda est sperandi pro se cuique libido. Horum quæ succederent, ad Æsculapii olim tabulæ suspendebantur: sacræ videlicet ejusmodi curationum Deo, & in rei memoriam. Experientiam casus genuit, usus educavit. Casu notarunt *ægrorum, qui sine medicis erant*, (Celsi verba cito) *alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum assumpsisse, alios propter fastidium abstinuisse, levatumque magis eorum morbum esse, qui abstinuerant. Itemque alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eam, alios post remissionem ejus. optime deinde iis cessisse, qui post finem febris id fecerint. Eademque ratione alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore, alios exiguo, gravioresque eos factos, qui se implerent*. Igitur statim incipientibus morbis parciore

ciore victu aliis imperato,aliis cibatus horis,uſus ex eventu docuit,quantum eſſet in diæta ſitum. Sic ab ſanguine acute febrientem ſanavit natura iſtocipſo per nares liberaliter profuſo. Vſus deinde , ab Hippopotamo detrahendi modum edoctus , auxilii promtitudinem confirmavit. Fluentem alvum cotoneum forte ſtitit aut meſpilum , probavit efficaciſſimus rerum omnium magiſter uſus. Qui & ipſe plurima rejecit, quæ minus reſponderent. Nec potuit utique aliter medicina naſci , quam ſubinde aliorum ſalute , aliorum interitu, pernicioſa diſcernens à ſalutaribus. Adoleſcenti jam per experimenta medicinæ comitem ſe ratio dedit. Ea diſſerere de repertis remediis cœpit , morborum cauſarumque notitiam inveſtigare , poſt hæc etiam naturalium actionum , noviſſime partium interiorum; ſine qua trunca illa & debilis erat. Novum iſtud experientiæ cum ratione connubium mox plauſum meruit & profeſſores. atque in his maximum Hippocratem,virum & arte & facundia inſignem. qui primus medendi præcepta longe poſt hominum memoriam clariſſime condidit. Hunc deinde Diocles Caryſtius,Praxagoras,Chryſippus,Herophilus,Eraſiſtratus , clari viri ſunt ſequuti. per quos multum rationalis iſta nobis profeſſio increvit. quæ , quod qui eam exercerent,in diverſas opiniones & curandi vias procederent , δογματικὴ poſtmodum eſt appellata. Etiam *Empirice* ſuos quondam aſſectatores habuit non mediocres viros , Serapionem , Apollonium , Glauciam , & quorum nobis libri ſuperſunt, *Scribonium Largum,& Marcellum Burdegalenſem.* Hodie ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοὶ , ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί: *medici nomine quidem multi , at opere valde pauci.* Equidem

hercule in hac artium ſola evenit,ut cuicunque Medicum ſe profeſſo ſtatim credatur. Morbi enim tædia,vitæ dulcedo, ſpei fallacia, & amicorum commendatio efficiunt, ut homines facile in medicis qualibuſcumque fiduciam collocent. Palamque eſt, ut quiſque inter iſtos loquendo polleat, imperatorem illico vitæ neciſque fieri. Quos nec dubium eſt, famam novitate aliqua aucupantes, animas ſtatim noſtras negotiari. Ergo fumoſos opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum ſæpicule inclareſcere, quid mirum? diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt. atque hoc ipſum mercede faciunt: ut fides iis ſit, & facile diſperdant. Nulla præterea lex, quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. πρόστιμον γὰρ ἰητρικῆς μούνης ἐν τῇσι πόλεσιν οὐδὲν ὥρισται, πλὴν ἀδοξίης· αὕτη δὲ οὐ τιτρώσκει τοὺς ἐξ αὐτῆς συγκειμένους. *Pœna enim Medicinæ ſoli in rebuſpubl. nulla præfinita eſt, præter ignominiæ: hæc vero non lædit qui ex ea conſtant.* Sed quid apud indoctam inveteratamque conſuetudinem querendo πόνον σπείρομεν, *laborem ſerimus*? αὕτη μὲν μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν, *iſte enim funis nihil attraxerit.* Quin factis potius oſtendamus medicus medicaſtro quid differat. Ad rem,duplex hæc *Dogmatica* medicina: *Theoretica,Practica.* Illa,quid ſecundam, quid adverſam valetudinem faciat, requirit. Hæc tueri proſperam docet, & amiſſam reſtituere. Vtraque à duplici hac materie iterum duplex: iſta, *Phyſiologica* eſt, aut *Pathologica*: illa, *Diaſoſtica*, aut *Therapeutica.* Iterumque *Phyſiologica* duplex: una, quid corpora noſtra ſint, revelat; & *Anatomica* eſt: altera, ex quibus principiis orta; & *Phyſicam* appello. Ab utra ordiemur? A *Phyſica* ego cenſeo. Nam

ut

ut ordine & origine primo principia ſunt, ita velim doctrinæ cauſſa horum cognitionem præcedere. imo eam adferri è philoſophorum ſcholis. ab medicis deinde repeti, quæ obiter illi & commode ex iſtis de ſex rebus naturalibus in ſuos uſus petunt. & fortean ſuffecerit *Fernelium* non præcipuum ſolum de his legiſſe, ſed ſolum. In *Anatomica* non unus adeundus: pauci tamen. & qui? me auctore, *Laurentius*, *Spigelius*, *Bauhinus*. Singuli ſua, ſinguli nova, omnes utilitatem habent. Neque nego eadem aliis eſſe. Sed nequeunt eapropter ſimul omnes evolvi aut omni ævo. Quamquam poterit hoc fieri, ſi, quod pluries deſidero, imo ipſe meditor, ſit, qui breviter & compendio, & quod caput eſt, judicio, ex omnibus unum corpus concinnet: nec aliud, quam quod ab ingenio quiſque acutum, vel autopſia rarum dabunt, notet ac libet. Sed hoc dum fiat, iis utere, quos dixi. Atque in his *Laurentius* primus primas teneat. Methodus ei facilis, perſpicua, & ad diſcendum apud quem aptior? apud quem tam abſoluta? Iam controverſa, dubia, obſcura, quis diligentius tractavit? quis explicuit melius quam meus anatomicus? Laurentium intellego; & præpono (nec impono: quia ex animo ita ſentio) omnibus, qui eamdem Spartam ornarunt. Igitur auſpicato ſumatur ab hoc initium, & cum omni ſtudio perlegatur minimum ter. Semel nuda partium hiſtoria; iterum illa, ſed cum auctoris, aut, quod malim, *Caſſerii* accuratiſſimis tabulis conferenda; quæ, ut firmius hæreat, denuo iteretur, & ſuis quæque capitibus quæſtionum commentaria ſubnectantur. Aliquo jam modo, ſi non penitus, corporis fabrica perſpecta, utiliſſime *Spigelius* adhibebitur & *Bauhinus* ad pleniorem

niorem notitiam. quam perficiet crebra cadaverum inſpectio. Et ſuaſerim *Bauhinum* tunc legi, cum publice iſtorum ſectiones adminiſtrantur. quarum methodum nemo alter ſcripto eſt ſequutus. De Phyſiologica habes: *Pathologicam* ingero, quam licet trifariam partiare. Eſt *Noſologica*, eſt *Aetiologica*, eſt *Symbologica*. Vna differentias, cauſas altera, tertia morborum accidentia, & ſigna recenſet. Iſtæ, ut vides, ſimplices; hæc duplex: *Symptomatica*, *Semeiotica*. Iterum hæc iterumque duplex: *Generalis*, *Diagnoſtica* aut *Prognoſtica*: *Specialis*, *Vrocritica* aut *Sphygmica*. Valde, inquies, dividis. Fateor. nec animi vel argutiarum cauſſa: ſed quia uſu didici, nihil ad methodum, id eſt, viam rationemque docendi vel diſcendi æque idoneum & efficax eſſe. Sed pergo. *Noſologicam*, *Aetiologicam*, & Symbologicæ partem alteram *Symptomaticam* quis præter *Galenum* ſuggeſſerit? quis morborum omnium & ſymptomatum differentias cauſſaſque ſtudioſius eſt rimatus? Itaque meo conſilio, hunc aut eos hic primum adeas qui à Galeno minimum abeunt. quod per eorum veſtigia tutior & facilior tibi curſus. Quid audio? mutilum eſſe Galenum in omnibus iſtis. nec morbum bene definiviſſe: nec formæ, quos vocant, agnoviſſe: temere continentis cauſſæ nec ſatis explicate meminiſſe: neglegenter doloris & voluptatis ſymptomata omiſiſſe. Sunt minutula alia, quæ ab eo exigunt *Fernelius*, *Fuchſius*, *Comes Montanus*, *Argenterius*; novitatis neſcio mage cupidi an veritatis. De *Argenterio* ſcio, acri fuiſſe ingenio virum, doctum & qui à doctis teratur dignum: contradicendi tamen prurigine tentatum in Galeno palum quæſiviſſe, cui ſe adfricaret. Sed ea res parum feliciter ceſſit. quod

unius

unius hominis odio omnibus factus est exosus: qui cottidie ulceribus ejus acetum adspergere non desinunt. Profecto quod de Tullio dixit vetus magister, *Profecisse multum cui is placeret*: ego verius, & quod semel à me audire juventutem velim: Numquam ille magnus, cui Galenus non magnus. *Fernelium* attentius si legas, quoties ille cumque aliter à Galeno sentit, meam fidem! quam à semet dissentit, & volens nolens in veriorem sententiam relabitur. Animadvertit hoc aliquoties *Erastus*; qui scutum defensionis præferens, & huic se & cæteris omnibus solide opposuit *Disputationibus*, *Epistolis*, & integro scripto Comiti Montano. Hinc & inde quæ pro Galeno vel contra disceptantur, haut injucundum semel cognoscere. Semel, inquam: neque enim diu in iis argutiarum tetricis, & pæne tricis dixeram, haberi vel ingenium tuum velit, vel poscat usus. Memoriam postea in Pathologicis refricet *Corbejus*. qui decore partem hanc & concinne ornavit. Sed enimvero morborum genera, caussas, symptomata scivisse parum est, si, quibus alterum ab altero dignoscitur, indicia ignorantur. Eaipsa diffuse *Galenus* persequitur libris, quos de *Locis affectis* inscripsit. Lege, sed in epitomen ab *Lacuna* laudabiliter contractos, ut tempori consulas & memoriæ. Facilis ea est, nec diu tenebit: neque, ut teneat, necessum; quod particulatim quælibet postmodum in cujuslibet affectuum curatione enucleantur. Sicubi tamen obscuriora occurrant aut ambigua, explanationes adhibe eruditissimi interpretis *Veigæ*, qui perspicue alioquin scripta enodatius exposuit. Sequitur *Vrocritica*, ex *Actuario*, *Rogano*, *Salviano*: & *Sphygmica*, ex *Struthio*, *Rogano*, & *Galeni* apud *Lacunam* compendio

pendio petenda. Si qui alii de pulſibus poſt Galenum ſcribunt, næ illi videntur actum agere! adeo iſte fuit eorum ſedulus adnotator, ut novum putes quid novi addi. Velim notes, tum urinarum tum pulſuum nonnullas differentias ab omnibus enumerari, quæ rarius aut numquam ſe offerunt: ſi offerant, vix aut ne vix quidem diſtinxeris. Omnium notitiam concilies; ſed non illam exactam, quam fortaſſis nimium exacte depingunt. Satis ſit communiores dumtaxat animo imprimere. Etiam quotidiana circa ægros exercitatio docebit non undiquaque deficientem pulſum aut nigram urinam eſſe lethales. ut caute ex his neque ſolis judicium feras. Quæ eorum igitur dementia eſt? qui oblatum domi lotium, quaſi εἰς σελλώνης ἔκλειψιν ἀτενίζοντες, *ad lunæ defectum oculos intendentes*, porrecta matula inſpiciunt; coram, oſtentatione artis & portentoſa ſcientiæ venditatione divinant; & credulo imperitorum vulgo quæ maxume neſciunt, ſcire perſuadent: inſuper, ut tantulo amplius emungant, receptas ſcribunt (ſit venia recepta voce loquenti, plane, ſi non pure) quibus obſunt, ſi fortuitu non proſunt. Apage tales iſtos, quibus Veſpaſiani hoc putidum placet,

——— *lucri bonus eſt odor ex re*
Qualibet. ———

potius ad *Foreſtum*, aut ſi paulo altius aſſurgere velint, *Cordum* eant, & diſcant, quam ſint incerta urinarum indicia, quam periculoſa judicia. Ad Diagnoſticam referimus *Oneirocriticam.* Vtilem artem ad morborum cauſſarumque inveſtigationem. adeo ut, quæ nulla aut parum conſtanti indicatura, ſe produnt, ex inſomniis quandoque certius innoteſcant.

tescant. Quæ licet plena futilitatis, summæque levitatis videatur, & cui stultissime credatur, quod tempora recentiora plurimis ineptiis & superstitionibus eam polluerint; repurgata tamen, & in integrum restituta, fructum edit non contemnendum, & fundamentum habet in natura solidum. Illud hujusmodi est; ubi idem fit ab interna caussa, quod fieri quoque solet ab externa, actus ille externus transit in somnium. Similis est stomachi oppressio, ex crasso vapore, atque incubitu ponderis externi: itaque qui incubo laborant, pondus sibi superimponi, magno cum apparatu circumstantiarum, somniant. Similis viscerum pensilitas, ex fluctuum agitatione in mari, & flatu circa præcordia collecto: itaque hypochondriaci sæpius navigationes & agitationes super aquas somniant. Sunt & innumera id genus. Nemo autem putet, somniorum diagnosin temere à nobis in medicinam introduci: nam *Hippocratis* olim inquisitionibus est decorata, & *Scaligeri, Ferrerii, Cardani* laboribus pertractata. Quamquam Cardanus anilium sæpe nugarum scriptor, & veri incuriosus vel ignarus. Iudicio legatur tamen, dabit quod juvet. Ad morborum præterea cognitionem, maxime curationem momenti plurimum habere temperamenti ægrotantis cognitionem apud omnes in confesso. Vulgus etiam. cui is demum creditur in medendo

——— *medicus multum celer atque fidelis,*

qui cujusque temperiem perspexit. Huic detegendæ *Physiognomica* excogitata solerter, & *Chiromantica*. Illa, è corporis universi & faciei potissimum lineamentis istam inquirit; hæc, è manuum. Illa, magni usus est; etiam in animi propensionibus perscru-

ſcrutandis: hæc, prorſus vana & fallacioſa, nec digna quidem quæ nominetur. Illam *Hippocrates* in vultu cadaveroſo, *Ariſtoteles* ex profeſſo ingenioſe ſatis tractavit. Quamquam id prius Prognoſticæ proprie adcenſetur. Ariſtotelem diffuſe *Camillus Baldus*; paucis *Fontanus* expoſuit. Omnium ſtudium in quieſcente corpore ſubſtitit. Ad motus geſtuſque obſervandos movit ſe nemo. qui tamen non minus arti ſubjiciuntur; & frequentis ſunt uſus. *Prognoſtica* ſupereſt: quam duplicem ſtatuo, *Mathematicam* & *Medicam.* Illa eſt, quæ è cœlo & ſideribus de morborum eventu pronunciat. *Ganivetus, Ferrerius, Boderius, Maginus, Obicius* fecere: & plures ex Arabibus ſuperſtitioſe. Vana hæc licet, carptim tamen quis neget viro Medico & experienti eſſe libanda? Sed ut dixi, carptim. *Medicam* nomino, quæ morborum medicatricis naturæ faciem & facta obſervans, ex his ſalutem ægro aut mortem præſagit. Illa præcipua quo te vocat in hac ipſa præcipuus & divinus Hippocrates. Præter certitudinem in medendo & ſecuritatem, ut nihil tumide, nihil timide agas, hæc tibi fidem apud ægrotos, apud adſtantes auctoritatem, gloriam apud omnes dabit: alibi uberius laudata & laudanda, nunc præeunda. At vero ecquis præeat? ecquis ad adyta perducat? niſi myſtagogus *Hippocratès.* qui naturæ lucum ſemel ingreſſus, unus ad inacceſſa majoribus penetravit. data oracula quam fide retulit, quam candide mala bona expoſuit? ut, quem natura nihil, nihil ipſe poſteros celaverit. Ille eſt, à quo haurias præcepta, & exempla item videas, ad tutam prædictionem. Faciunt huc plerique omnes Hippocratis libri: proprie tamen *Prognoſticorum, Aphoriſmorum, Epidemiorum, Coacarum.* etſi hic ultimus

timus illius ſit dubitatur. Ego arbitror, & firmare auſim. Non ſit: judicio & ordine tamen eſt ſcriptus, & exemplar pleniori Prognoſticæ ad imitandum. Vtinam talem haberemus! nam qui totam & ordinate conſcripſerit, totus ad nos non venit. Poſſet per partes ex univerſo Hippocrate colligere qui operam ſumeret. Qui ſumet, ſuccincta commentaria ſubnectat, & ex veterum novorumque medicorum obſervationibus illuſtramenta. Res autem eſt, quæ tentari non debet abſque acri & ſevero judicio. Interea huic dum præſtolamur, Hippocrates nos manet. adeamus. Sine interprete, internuncio-ve? Non certe. nec conſultum tyroni aut candidato. Imo præmittantur *Donatii* breves, at utiles *de judiciis & ſignis judicialibus* libelli. & acceſſum parent, & veluti manu ducant ad ſacrum illud tribunal. Et addo non inutiliter, ſub hanc ipſam curam *Nicolai Taurelli* aut *Proſperi Alpini prædicendi methodos* legi poſſe. non quia ipſi valde breves; ſed quia quæ ſparſim apud Hippocratem & expoſitores erant, ad una capita retulerunt, ideoque per eos etiam facilior tibi aditus. Iam vero interpretes qui? Perinde varii, prout varie & variis libris hanc materiam dictator tractavit: potiſſimum tamen citatis. Ex quibus leges *Aphoriſmos* primo: & explicationem petes à *Butino* aut *Lygæo* breviter: uberius deinde ab *Heurnio, Hollerio, Mercuriali.* Equidem invenies in iſtis non ſolius divinatricis, ſed cæterarum etiam medicinæ partium rudimenta. Nam ut pictor cum tabulam accepit, primum hominem totum delineat; colores mox aptos quærit, & addit cuique parti: ſic videtur, quiſquis ille, aphoriſmorum auctor corpus medicinæ Hippocraticæ in adverſariis adumbraſſe; voluiſ-

ſe

ſe pigmenta deinde è reliquis venerandi Senis monumentis conquirere, quibus efformaret, omnibusque numeris abſolutum poſt ſe relinqueret. Non factum. & dolemus. & à nemine redintegrari hos conatus miramur. Qui fecerit & perfecerit, ille laudis omne punctum feret. Secundo *Prognoſtica* leges. in quibus generalia fere cuncta & generalium affectuum præſagia ſunt. Commentarios *Cardanus*, *Braſavola*, *Victorius*, *Heurnius*, alii dabunt. Sed *Butinum* ego laudo & approbo, facilem, conciſum, doctum. Ad *Coacas* imus. divinum opus & cæteris majus; & quod, præter generalia iſta, ubertim ſingulorum morborum & eventuum, eorumque inſignium judicia ſuggeret. De interprete quæris? non ea copia commentatorum hic, ut jure ambigua hæc lis haberi poſſit. *Hollerius* ſit aut *Duretus*. Sed hunc præfero; virum ingenio præpotentem, artis uſu ſingularem, atque in hac doctrina omnes alios eminentem; & qui carceribus per illum præceptorem emiſſus cum nonnemine priſci ævi pari paſſu decurrere poſſe videatur prognoſeos hunc campum; adeo nihil eſt quod in eo deſideres, præter compendium. *Horſtius* laudabiliter cœpit facere. quid illum retinuit, aut quid ſtitit in febribus, ne ultra tenderet? Ille nos, qui idem olim tentavimus; & cum primum in manus noſtras incideret, iſtuc præciſe veneramus. Profecto operæ eſt eam operam reſumi. ego ſpondeo; niſi Horſtius ſumat, aut alius ſurripiat. Sed abunde eſt de præceptis. exempla monſtremus ad uſum & imitationem. Sunt vetera, ſunt præſentia & viva. Ea omnia hodie, vel ex *Lectione* haurienda ſunt, vel ex *Auditu*, vel ex *Propria obſervatione*. Ex auditu leviter; quia nec adhærent

audita

audita animis, æque ac lecta: nec est fere ut optima & illustria audiantur. quia & rara illa è suggestu, & pauci ea cura profitentur qua vere juvent. Lectio igitur magis tuta, magis utilis. sic tamen, ut Autopsia opportune ei adjungatur: sine qua languida hæc, imo vana; ut sine praxi ars tota: quæ non magis medicos sola fecerit, quam vates somnium in Parnasso. In exemplis autem unum sit exemplum *Hippocrates*: qui vetera, accurata, & nobiliora suppeditabit. De novitiis non dicam; ne verba hic perdam. nam illa immane quantum remittunt de diligentia istius viri, qui meritissimo parens artis audit? Cui *primo* & *tertio Epidemiorum* nihil prius fuit, quam exacte in casus circa ægros speciales inquirere, & referre qualis fuisset morbi natura, qualis medicatio, qualis eventus. quo probaret per ista præceptorum fidem. Scripsit in eas historias luculente *Mercurialis*: quem habeo præ aliis commendatum. etsi dubito, an sit ulteriore explanatione opus. non illi saltem, qui intente legerit, quos jamante nominavi. Sed quid refert studiosior esse hac parte? ex qua fructum in cæteris etiam capimus. Finii de parte *Theoretica*: altera erat *Practica*. quam vulgo & peculiariter medicinam nuncupamus: & addo, proprie. nam speculativa via dumtaxat est, qua citius, tutius, & jucundius ad illam itur. imo quæ, ad praxin si non tendat, infructuosa est: præter Scholasticis aliquibus ad pellendam famem. Itaque ad hanc, mi adolescens, qui te humanis usibus vovisti, ad hanc segetem veni, manipulos frugum collige, & in usum tuum reconde. Sed ut ordine fiat, eam ipsam bifariam divisi: in *Diasosticam* & *Therapeuticam*. Istam dixi sanitatis conservationem; illam recuperationem

nem procurare. Sanitatis custodiam collocant medici in optumo regimine rerum non-naturalium: quæ sex numero sunt. & liceat totidem nobis partes *Diasosticæ speciali* tribuere. Nam *generalis* simul omnes comprehendit, & perfunctorie agit de singulis. Hanc varii scripsere; sed bonus mihi & laudatus *Ioannes Mediolanensis*, *Scholæ Salernitanæ* auctor. utinam plenus &, ut scripsit, absolutus! qualis apud *Schenckium* exstitit. Hoc ipsum tamen, quod *Villanovani* cura ab temporum injuria est servatum (etsi auctoris ille nomen incuria omisit, aut inique suppressit) quod placeat, caussam habeo duplicem. Quod aphorismis, & quod versibus est conscriptum. utrumque facit, ut promtius discatur, & retineatur firmius. inprimis si crebrius lectitetur, vespertinis præsertim horis, &, si opportunitas feret, sub ipsum somni tempus. Mens tunc nescio quomodo melius arripit, retinet, & concoquit per quietem. Tenta, reperies in levi monito non leve momentum. Si quis vero hebetior commentarios sibi poscat, *Villanovanum*, *Curionem*, *Crellium*, *Constantinum* confecisse sciat, & extare in unum corpus nuper decore & utiliter à *Morello* conductos ac vulgatos. qui & ipse tum in illos, tum auctorem libere animadvertit. Lubet in transitu monere, in mediocritatis laudes nimium hic effundi medicos. Cum & jejunia in consuetudinem versa, & victus liberalis, cui quis assueverit, melius sanitatem tueantur, quam istæ mediocritates. quæ naturam ignavam fere reddunt; neque excessus neque indigentiæ, cum opus fuerit, patientem. De utroque exemplum habeo in eodem Sene acupictore. qui vicenos jam annos singulis septimanis bis tantum cibum capit; Solis semel, semel Iovis. Sed illius quam

In-

Ingens vorago faucibus vastis patet!
usque eo multum nec fere præ aviditate mansum glutit. præterquam quod valentissimus sit: utpote caro sola cum filigineo pane. quibus interdum è dulci lacte pultem hordeaceam aut ptisanarium orizæ præmittit; sed rare. Ille, ut macet, tamen incorruptæ sanitatis est, & vegeto corpore. Celsi prudentis viri, non solum medici, saluberrimum præceptum est: *Sanum hominem, qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debere; ac neque medico neque jatralipta egere. Hunc oportere varium habere vitæ genus: modo ruri esse, modo in urbe, sæpiusque in agro: navigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere. Siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Nullum cibi genus fugere, quo populus utatur; interdum in convivio esse, interdum ab eo se retrahere. modo plus justo, modo non amplius assumere. bis die potius, quam semel cibum capere; & semper quamplurimum, dummodo hunc concoquat.* Igitur laboris, cibi, potus, somni, veneris moderatio cuique ex se discenda. Quam semel probe cognitam sic sequendam ducimus, ut rarius, subinde tamen interturbetur. Quæ quidem libertas iis major, qui firma corporis constitutione orti, atque in lucem editi sunt. Et exemplo sit *Senex*, apud Baconem, *centenario major; qui interrogatus, quid agens tam diu vixisset; respondit* (præter expectatum, & cum risu audientium) *Edendo, antequam esurirem, & potando, antequam sitirem.* Quibus vero hæc bene nascendi felicitas non obtigit, religiosius ista observanda servandaque. Specialis Diagnosticæ pars prima est, *Aërologica.* quam nemo sane ex professo tractavit, ut merito inter medicinæ desiderata reponatur.

tur. Debebat illa ſedulo inquirere, aëres qui ſint magis qui minus ad habitationem ſalubres: quas mutationes ab locis ipſis, ab ventis, ab aquis, ab ſideribus recipiant; quas hominibus viciſſim ferant: & quomodo noxas quiſque ab ea evitet aut declinet. Quæ res etſi ſumme arduis & accuratis adnumeretur, non eſt inacceſſa tamen. Quin confidimus, ſi ſolertes aliquot variarum gentium urbiumque medici ad obſervandum animum adjecerint, eam ipſam exuperaturos. Mittant ſaltem futiles quæſtiunculas, quas ſibi, quas aliis movent. mittant damnoſas contradictiones, quibus ſe mutuo proſcindunt. nec ſecum ipſi amplius prælientur, nec cum aliis de cortice digladientur. Sed potius, ut nucleum eſitent, pace facta, conjunctis viribus, ſe adverſus hominibus novercam naturam rerum comparent, ejuſque edita & munita expugnent capiantque. Glaciem fregit Hippocrates, & itineris magnam partem inſtruxit. Incedant modo, & illius viri veſtigia premant. In via pro vehiculo erunt, *Alemanus, Cardanus, Septalius.* quorum labores ſalebras complanarunt, quæ libro *de Aëribus, aquis, & locis* occurrunt. Altera eſt, *Sitiologica.* in qua affatim eſt facultatum alimentorum, cibariorum, potionumque omnis generis: & quas plures ſcriptores illuſtrarunt, Græci Latinique, ſed præcipui iſti: *Galenus, Simeon Sethi, Piſanellus, Bruyerinus, Caſtellanus, Nonnius, Baccius, Thurinus.* Tertia *Hypnologica* eſt: occulta neque exculta. Et vereor ſomni indagatione laſſatos medicos in ſoporem jam incidiſſe: à quo ægerrime evigilent, ad ſcrutandum illius ultra & alternæ vigiliȩ veras cauſſas, ſalubrem uſum, & innoxiam provocationem. Quarta, *Gymnaſtica,* multorum quidem ſtudio mediocriter

culta,

culta, ſed *Mercurialis* potiſſimum & *Iouberti* & *Cagnati* exercita: etſi nondum plene elaborata. Neque enim illi ipſi neque alius quiſquam exercitationum ſpecies bene diſtinxit aut annotavit. neque per has ſanitatis tuendæ certum modum docuit, neque à venientibus morbis præcavendæ: ad quam plurimum tamen pollent. Nam vix aliqua in morbum inclinatio invenitur, quæ non exercitatione quadam propria corrigi poſſit. Morbis renum globorum luſus convenit; pulmonum ſagittatio; ſtomachi deambulatio & geſtatio; atque aliis aliæ. Quarum ſingulæ ſingulos etiam morbos exaſperare queunt.

Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis.

Eccrimologica quincta eſt. ea maximi licet uſus, digna tamen medicis viſa non fuit, quæ ſeorſim traderetur. ſed obiter & carptim inter alios tractatus intervenit. Et potior ejus pars ad therapeuticam eſt devoluta. Nam quæ in generali diagnoſtica de primæ aut fortaſſis ſecundæ etiam regionis excrementis dicuntur, nihil ſunt præ illis, quæ reſtant explicanda de excretis tum partium ſingularum; puta, narium, oris, pectoris, ventriculi, lienis, uteri, aliarumque quibus id muneris demandatum: tum corporis univerſi per tranſpirationem & ſudores. itemque de ſanguinis tempeſtiva depletione, purgationibus repetitis atque factis familiaribus, vomitionibus menſtruis, coitibus, & id genus. Hæc enim omnia, & quæ præterea hujus fori ſunt, ad hanc partem eſſe revocanda arbitramur, & exactiore judicii lance ponderanda. Sexta & ultima pars ſupereſt: quam *Pathologicam* vulgus medicorum, *Verulamius Impreſſionem* vocat ab effectu. Quippe duo conſiderat: aut quomodo & quouſque humores & tempera-

ramentum corporis immutent animam, in eamque agant: aut rursus, quomodo & quousque animæ passiones vel apprehensiones immutent corpus, & in illud agant. Vtrumque in schola medica tractatur, sed parce admodum & oscitanter: nec pro rei vel subtilitate vel utilitate. Horum prius *Galenus* olim conatus est asserere & demonstrare. Posterius generali diagnosticæ subtexitur. Huc facit quod *Fienus* scripsit *de Viribus imaginationis*, seu quatenus ipsa imaginatio, vel cogitatio perquam fixa valeat ad immutandum corpus imaginantis. Nobilis profecto usus est hæc inquisitio: verum (ut Socrates ait) Natatore Delio indiget, quia mergitur in profundo. Est & aliud *Diasosticæ specialis* discrimen, ab ætatibus desumtum: & aliud ab conditionibus hominum. Aliter enim pueros, aliter senes: aliter prægnantes aut puerperas, aliter liberas: aliter debiles, aliter validos: aliter qui sui juris, aliter qui non sunt: aliter viros principes, aliter plebejos: aliter studiosos, aliter milites, aut iter agentes, aliter otiosos & testudines regere oportet. De scriptoribus quid attinet dicere? deligi nequeunt, nec diligi. quia rari sunt, & rarum in his quod commendes. Nec operæ puto, antequam ad praxin accesseris, illos videre. Itaque suffecerit nomine tenus nosse, & nobis recensuisse. Puerorum regimen offeret *Merlingerus*: Senum, *Philaretus*: Prægnantium & puerperarum, *Mercatus* aut *Ioannes le Bon*: Debilium, *Montagnana*: Studiosorum, *Ficinus* aut *Sylvius* aut *Horstius*: Militum, *Villanovanus*: Peregrinantium, *Gratarolus*: Principum nupere promisit *Zacutus Lusitanus*, vir adprime doctus & in bonorum auctorum lectione versatissimus. Claudebamus hanc partem, mi Tulpi, cum se *Cosmetica* intrusit, &

ſit, & ſubintulit alia de *Proroganda vita*;& de ſe quoque hoc loco (neque enim in alium facile amandaveris) verba fieri voluerunt. Non pecco,ſi Coſmeticam iterum extrudo,& è medicina ejicio. Etenim *Civili* ſubſellium eſt in ſchola philoſophorum. Nam corporis mundities & honeſtus decor recte exiſtimantur promanare à modeſtia quadam morum , & à reverentia inprimis erga Deum , cujus creaturæ ſumus ; erga ſocietatem, in qua degimus ; erga noſmetipſos , quos non minus , imo magis quam alios, revereri debemus. Illa vero *Fucatrix* non medicos ſolum dedecet , ſed Cenſoria lege & proſcriptione digna eſt. Quin inepta prorſus videtur , etiam ad adulterinam decorationem : cum non ſit aut ad fallendum ſatis ingenioſa ; aut ad utendum ſatis commoda ; aut ad ſalubritatem ſatis tuta & innocua. Non me latet , *Comoticam* ab Mercuriali ornatricis effeminatam hanc partem appellari : *Coſmeticam* vero,quæ fœditatibus corporis abolendis ſtudet. Iſta veteribus preſſiori ſignificatu ſolius comæ comtrix habita fuit. Sed nolim mihi ſuper verbis litem moveri. quin , ſi res ferat, illam alteram *Coſmeticam medicam* indigitabimus. De *Prolongatione vitæ* medicorum nugas paucis ſapienter notat *Franciſcus Baco* cap. IV lib. IV De augmentis Scientiarum. Simulque viam monſtrat , qua ad iſtam poteſt perveniri. Eamque primus ipſe ingreſſus facem in *Hiſtoria vitæ & mortis* præluxit. Veniamus ad *Therapeuticam*: partem medicinæ maximam; & in qua ſcriptorum copia maxima; & cottidie novi prodeunt, judicio eligendi. Quod ut fiat, duplex illa nobis erit: *Generalis* & *Specialis*. Iſta , communem regulam tradit , ad quam tum curatio appoſite dirigatur ad ſanandum;

tum remedia, ut quantitate rationeque congrua queant exhiberi. Illa particulatim morborum singulorum sanationem & probatiora auxilia revelat. *Vniversalem* medendi methodum dabunt *Fernelius*, *Capivaccius*, *Heurnius*, magni viri. *Specialem* varii, pro diversitate affectuum & affectarum partium. Ex istis multos admitto: sed successu tamen; nec ut saltu pergatur, sed pedepressim & per quosdam velut gradus. Et primus meo arbitratu in iis jaciendus, qui de omnibus aut principalioribus aut magis obviis malis scripserunt. Qualis *Hollerius*, *Rondeletius*, *Massaria*, *Paschalius*, *Bruelius*, & *Rhazis liber nonus* quos ad Mansorem regem exaravit. in quem habemus *Arculani* expositionem, præ cæteris illius ævi & fortasse sequentis, planam ac plenam. His addo *Cratonis* & *Solenandri Consilia*: & *Amati Lusitani Centurias*. etsi *illum* (Crato ait) *plura ficta quam facta scripsisse, & interdum opiniones suas isto modo confirmare voluisse apparet*. Ego bono auctoris & lectoris inprimis facturum censeo, quisquis palantes observationes aget in ordinem, & dispersas colliget. Quædam etiam *Frambesarius*, *Losellus*, *Stockerus* suggerent, huc apponenda. Sequuntur *Caprilius*, *Sennertus*, *Liddelius*, *Pascalus*, de Febribus legendi. de morbis Cerebri, *Iason Pratensis* aut *Ioubertus*: Oculorum & Aurium, *Mercurialis*: Dentium, *Strobelbergerus*: Pectoris, *Thomas à Veiga*: Cordis, *Albertinius*: Ventriculi, *Heurnius*: Mesenterii, *Martinius*: Scorbuto, *Sennertus*, & adjuncti scriptores: Articulorum, *Campolongus*: Cutis, *Mercurialis* aut *Minadous*: Mulierum, *Rodericus à Castro*: Puerorum, *Ferrarius*, *Mercurialis*, *Montuus*: Senum, *Anselmus* aut *Ranchinus*: occultis, *Rudius*: pestilentibus & peste, *Salius*, *Saracenus*, *Septalius*, *Pavius*: contagiosis, *Palma-*

rius

rius aut *Fracaſtorius* : venenoſis & venenis, *Grevinus:* veneficis, *Codronchus:* incurabilibus, *Seidelius* aut *Hubnerus* : ſimulatis, *Silvaticus*. Præter jam dictos adire ſuadeam *Foreſtum* : multijugæ lectionis & (id quod eſt majus) expertum medicum. Eſt in eo caſuum peculiarium & curationum cornucopiæ : maxime noſtrorum hominum & temporum. Non poſſum ſilentio prætervehere, in praxios hoc pelago ſcopulos & vada, imo & Scyllam ſuam & Charybdim eſſe. quos ab *Septalio, Schopfio, Obicio, Sanctorio, Sanctacrucio*, & *Salio Diverſo* pretium operæ prædiſcere; imo perneceſſarium, ut caute navigemus. Deſiderari hic ab ſapiente viro video de *Euthanaſia exteriori* curatricis partem. Ad cujus *officium cenſet pertinere, ut, abjecta prorſus omni ſanitatis ſpe, exceſſum præbeat è vita magis lenem & placidum.* Et putat *medicos, ſi officio ſuo, atque humanitati ipſi deeſſe nolint, & artem ediſcere, & diligentiam præſtare debere, qua animam agentes facilius & mitius è vita demigrent.* Vellem utique *hac de re (ſiquidem non parva eſt felicitatis pars) ex more ſuo, & monita dediſſet, & indicia, & præcepta.* Sed incerta valde, ſi non impoſſibilis ejus inquiſitio. Mortis mille modi. quis judicabit quid facto opus? aut quis poſt obitum laudabit remedium? hoc quis feret in tempore? quis actum eſſe, quis conclamatum pronuntiabit? Notum, quam ſubinde nihili ſint medicorum proſcriptiones; per quas ægrotos futilibus edictis morti dedunt. quorum tamen plurimi minore cum difficultate evadunt, quam olim qui proſcriberentur ab Romanis Triumviris. Certe ſperamus dum ſpiramus. & vetere dicto,

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον·
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis:
Sperandum est vivis, non est spes ulla sepultis.

Imo ipsus vidi ad se redire & adstantibus reviviscere, qui multum & gravissime cum peracuta & maligna febre, mox morte (ut liquide videbatur) luctatus, jacuit integros tres dies absque pulsatione aut respiratione ulla, frigidus & extrema lividus; & verbo dicam, mortuo similimus. Arbitror huic fuisse in magnis istis angoribus faciendam Euthanasiæ medicinam. si successisset, necasses? arbitror: & eamipsam *sibi procurare meri largiore haustu & ingurgitatione, Epicurum* decere &, qui sunt Epicuri

——— de grege, porcos.

Aliter qui sumus & christiane docti, credimus beatam mortem, quæ peccatis debita, pro Christo est potissimum reddita; anima ad eam solide præparata. quam adimit solus qui inspiravit. Sed unde digressa est oratio, revertatur. Therapeuticæ ancillantur *Diætetica*, *Pharmaceutica*, *Chirurgica*. Prima, quæ ad victum medenti subministrat: secunda, locupletem medicinarum farraginem: tertia, manu opem. *Diætetices* magna pars cum Sitiologica convenit: nempe quæ est de esculentorum & potulentorum facultatibus. Ad reliquam faciunt, quæ de victus ratione in morbis variis *Constantinus Aphricanus*; acutis, *Hippocrates* & *Thriverius*; febribus, *Brudus Lusitanus*; de ptisana, *Galenus* & *Lalamantius*: de potu in morbis & seri usu, *Costæus*; de gelidi abusu, *Masinius*; de vino, *Sylvius* & *Confalonerius* scripsere. lectu sane digni auctores: & à quibus consequare, quæ scire hic opus. *Pharmaceuticen* dixi medicamentis opitulari; simplicibus quandoque, sæpe mistis. *Simplicia* multa & multigenera sunt: plantæ, animalia,

lia,metalla,lapides,& quæ mare producit. Omnium necesse est vires & facta novisse; faciem, jucundum & utile. Ad utrumque magistros requiro: vivos, mutos. etsi primum illud ab mutis, ab vivis alterum citius discas. De singulis cum cura & ad usum. *Plantarum* ideam ex *Dodonæi, Clusii, l'Obelii, Matthioli* lectione jamante animo concipe; & adpicta simulacra imprime. Accede mox hortos aut natale, si licet, cujusque solum. Tamen neutro absque indice. Is professor sit aut gnarior condiscipulus. Ille (quem habet & habuit illustrem semper Musarum Leida sedes) publicis & anniversariis monstrationibus suevit præire ad earum notitiam, quæ in Academiæ plantario coluntur. & quotquot annis semel atque iterum ad collinas & palustres exire. Necubi absis Φυτόφιλε. ne sero *doleas quadam dicta, quorum non fueris particeps.* quin aliquem tibi face familiarem, quocum crebrius expatiare, & eadem ista aliave loca repete, in quibus proficias. & ut serio, herbas ipsas erue; caulem, folium aut ramusculum decerpe; & siccata reconde. hæc inspecta cum virentia non licet aut libet: & memoriam recole. quam constat emori, si iisdem subinde non reficiatur. *Siccandi condendique* artificium *Spigelius* & *Laurenbergius* tradent: tempus, *Wincklerus*: ordinem, *Bauhinus* in Phytopinace. *Radices* vero, *cortices*, *ligna*, *semina*, *gummi*, & id genus indigenas, advenas, convenas simplicia medicamenta apud pharmacopolas & aromatarios commodissimum percipies. Horum officinas frequenter vise: rogita, dissere, expiscare de singulis. & familiarior admissus introspice capsas; & optimorum particulam cum venia aufer, domi conferendam exactius cum descriptione & notis. Pare modo *metallorum,*

lorum, *lapidum*, & *marinorum* cognitionem acquires. De metallis *Encelium*, *Cæsalpinum*, *Fallopium* leges: de lapidibus, *Anselmum Boëtium*: de marinis, *Libavium* III libro Singularium. *Animalium* historiam, id est, ingenia, proprietates, usum in medicina, olim ex *Aristotele*, *Aeliano*, *Plinio*; postea ex *Wottono*, *Bellonio*, *Rondeletio*, *Salviano*, *Gesnero*, aliis; nunc ex uno *Vlysse Aldrovando* adfatim cognosces. qui partem hanc voluminibus aliquot diligentissime comprehendit. quorum plura accepimus, plura ab hæredibus expectamus. Quid omitto? *Thomas Moufetus* se suggerit, de *Insectis* legendus: quorum tractationem solus accuravit & absolvit. Sed inconsultum in hoc studio studium ponere, & te diu impendere. parergum potius sit, in quo otium honeste colloces. Nam quæ ex animalibus ad sanandum utibilia sunt, eorum facultates, ut cæterorum simplicium, satis presse *Gesnerus* aut *Weckerus* ex *Dioscoridis*, *Galeni*, *Aëtii*, *Aeginetæ*, aliorumque libris in suos transtulere sive transscripsere. Simplicium virtutes plurifariis experimentis deprehensas multimodis deinde ratio coacta est miscere. tum quia non satisfaciunt quibusvis intentionibus: tum quia eadem forma nequeunt omnes adsumere. Nam quod olim Ἐρασίστρατος, ut Plutarchus refert, *διέλεγξε τὴν ἀτοπίαν καὶ περιεργίαν, ὁμοῦ μεταλλικὰ καὶ βοτανικὰ καὶ θηριακὰ, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάττης εἰς τὸ αὐτὸ συγκεραννύντας*: *Erasistratus refutavit absurditatem & supervacaneam diligentiam eorum, qui simul metallica, & herbacea & theriaca, & quæ è terra marique miscerent.* Censuitque *καλὸν ταῦτα ἐάσαντας ἐν πτισάνῃ καὶ σικύᾳ καὶ ὑδρελαίῳ τὴν ἰατρικὴν ἀπολιπεῖν*, *commodum in ptisana & cucurbita & hydrelæo medicinam reliquisse*, absurdius, quam ut debeat refutari. Ab duplici ista

caussa natum est compositarum medicinarum genus duplex. alterum,quod semper sit in promtu: alterum,quod ex tempore fiat in singulos eventus; & ubi usui istud esse non potest. Illud passim in officinis prostat.& istiusmodi fere est,ut *potius* (quod acriter & recte Verulamius notat) *sit ad intentiones generales, quam accommodatum & proprium ad curationes particulares. Siquidem speciatim nullum morbum magnopere respicit: verum generatim ad obstructiones aperiendas, concoctiones confortandas,intemperies alterandas pertinet.* Quod ipsum quoque varie medicus componit,pro varietate complexionis ægrotantium, ętatis, anni tempestatis,consuetudinis,& similium. Imo, si res postulat, omnino aliud è simplicibus aptis fieri præscribit. Cottidianam hanc receptarum fabricationem vere Verulamius licet severe carpit: *fallacem rem esse,& quæ experientiæ non satis attribuit,judicio plus nimis.* Equidem experientiæ magis fidendum: *in particularibus præcipue medicinis;quæ ad curationes morborum singulorum proprietate quadam spectant. Quarum confectionem & compositionem quia empirici & vetulæ fideliter & scrupulose retinent, sæpenumero in curandis morbis felicius operantur, quam medici eruditi.* Hi enim utplurimum, *speciosa ratione nixi, existimant decere medicum doctum potius medicinas ex tempore aptare quam certis aliquibus præscriptis insistere.* Ideoque *traditionum & experientiæ probatæ fructum magistralitatibus suis destruxerunt & sustulerunt, addendo & demendo & mutando circa medicinas prout iis libitum fuerit, & fere Pharmacopæorum more, quid pro quo substituendo; ita superbe imperantes medicinæ, ut medicina non amplius imperet morbo.* Aliter Veteres. qui se probatis majorum aut suo usu remediis religiose adstringere: & integra ad poste-

posteros pervenienda curare. Frequens *Galeno, Aëtio, Oribasio, Alexandro*, aliis, aliorum medicamenta ad verbum recitare, laudare, usurpare. Et hercules ita oportet. Nam *modificationes ipsæ medicinarum (si quando sit opus eas adhibere) potius in vehiculis exercendæ sunt, quam in ipso corpore medicinarum; in quo nil novandum absque evidenti necessitate.* Attamen & hoc *oportet* (Celsi monitum est) *ubi aliquid non respondit, non tanti putare authorem quanti ægrum, & experiri aliud atque aliud.* Pluria huc spectant. quæ pergo: quod videantur forsit alterius loci. Et, quod institui, pergo dicere: & qui legendi de *medicamentorum compositione* vel *mistione*. nam facimus ista diversa: & sunt reapse. quia proprie est medicorum componere; miscere pharmacopœorum. Illis norma est indicatio ab adfectu præter naturam sumta: his medici qualecumque præscriptum. sine quo non audeat pharmacopœus abrotanum ægris aut poculum dare. Sed ne medicus quoque pilulas è marsupio porrigat aut theriacam: & lumen præferat ad fraudes & sordidum lucrum. De componendis medicamentis lege *Sylvium, Ioubertum, Fallopium, Oddum*: è Græcis autem, si voles, *Galenum* & *Actuarium*. Adde ad familiarem receptarum ordinationem *Gorræum, Morellum, Banzerum*. quibus adjungere liceat *Curtii, Rondeletii, Schyronii*, aliorumque libellos *de Dosibus*: quos huc refero & includo. Miscendi scientiam in medicamentario consummatam requiro; in medico aliquantam: nempe quæ in præscribendo lucem det ad congruentem mistionis ordini simpliciorum dispositionem. Illa præceptis adipiscitur ab arte suggestis vel propiore inspectione. Hoc modo molestius. quia præsentem esse rarius studia sinunt.

nisi

nisi cum artifice fortefortuna habites, & illi sies à latere. De præceptis inquire apud *Dessenium*, *Renodæum*, *Marinellum*, *Ioannem du Boys*: & si gallice sciveris, *Bauderonium*; perdignum virum qui Romana civitate donetur. Insuper faciant huic parti quæ de medicamentorum examine *Simon è Touar* edidit: de succedaneis *Gesnerus*, *Fragosus*, *Silvaticus*. Restat *Chirurgice*. antiquitus medicinæ conjuncta: & habita ejus nobilissima pars. A qua licet paucissimis seculis post separaretur, suus tamen illi honos constitit: quia celebres reperiret professores. donec superiori paullum ævo ad barbitonsores & ignarum vulgus devoluta cœpit vilioribus artibus adnumerari: maxime apud nos. quæ temporum nostrorum an hominum injuria est? Cujus cujus sit, eo magis gnavos ad hanc artem & peritos esse medicos oportet. ut ad minus fortasse scium vocati, de dextera agendi curandique methodo possint submonere. Sed unde dic sodes est? quod pauci aut chirurgices aut pharmacopoëtices sibi facultatem medici comparent. & nullam partem minus ad Medicinem facere censeant, quam istarum alterutra. Imo plures arbitrentur parum ipsis interesse vel ad existimationem vel ad lucrum, utrum artis nostræ mediocritatem an perfectionem in ea majorem adsequantur. Caussam suspicor. quia præter hanc omnes aliæ propemodum artes & scientiæ virtute sua & functione non successu aut opere judicantur. Advocatum ipsa agendi & dicendi facultas, non exitus caussæ commendat. Gubernator navis clavi tenendi peritia, non expeditionis fortuna se probat. At medicus vix habet actionem aliquam propriam, qua specimen artis & exercitationis suæ liquido exhibeat: sed ab

eventu

eventu præcipue honorem aut dedecus reportat, iniquissimo prorsus judicio. Quotus enim quisque novit, ægroto mortuo aut restituto, utrum sit res casus an consilii? Fit itaque sæpissime, ut impostor palmam, virtus censuram referat. Quin ea est hominum infirmitas & credulitas, ut sæpenumero agyrtam, sagam aut aniculam docto medico anteponant. Et illos constat omnibus temporibus fama & opinione vulgi medicorum quodammodo rivales fuisse: & de curationum celebritate cum iisdem certare solitos. Verum ista, si quis perpendat, potius ad culpam attinent, quam culpę excusationem. Neque enim spem abjicere debent; sed vires intendere, & se tollere humo. *Aquapendens, Paræus, Pigræus, Tagaultius*, & valde nuper *Hildanus* fecere: & opere primum, mox scriptis sibi nomina apud posteros numquam intermoritura. Ex his disce, qua ratione venæ debeant aut arteriæ aperiri; cucurbitulæ aut hirudines applicari; fonticuli & setones fieri: luxata etiam reponi; fracta consolidari: præterea vulnera, ulcera & tumores, & omnes omnium externarum partium aliarumque morbi manu curari. Et licet postrema hæc potius ad Therapeuticam chirurgicam pertinent, cui priora ista famulentur: non sunt tamen scriptione aut lectione divellenda. Sed præter istos suadeã speciatim legi de vulneribus, *Arcæum*: ulceribus, *Fallopium*: tumoribus, *Arantium*. Vidimus de medicina Dogmatica. reliquæ nobis *Methodica* & *Chemica*: etsi vix reliquæ. Vtraque enim ejusmodi est, ut admonere de ea obiter possim, non commode differere. Illa pæne tota intercidit, & cum auctoribus ferme memoriam nobis ævum subduxit. Galenus (cujus temporibus floruit) plurimum contra disputavit. E quo & ali-

& aliquibus aliis priſcis ſcriptoribus eam paucis abhinc annis renovavit *Proſper Alpinus.* mecaſtor! tam proſpere, ut ipſe illi Theſſalus palmam adjudicet, ſi inter vivos. Neque fere eſt cur non à rationali medico pervolvatur; in multis etiam ſequendus. Etſi opus juventuti, certum doctorem & dogmata eſſe, quibus inſueſcant, & *tamdiu immorentur, quamdiu nihil agere animus majus poteſt.* Seneca recte monuit; *quemadmodum folia per ſe virere non poſſunt, ramum deſiderant cui inhæreant, ex quo ſuccum trahant: ſic præcepta ſi ſola ſunt, marcent, infigi volunt ſectæ.* Iuventuti, inquam, hoc opus: at jam viros, quæ invidia aut ignavia eſt, longius non mittere? non exſerere ſe, & vagari per omne ſcriptorum genus? non omnia tentare, non experiri in ſalutem hominum? Quin in adulta illa ætate cum eodem Seneca libere profare: *Non me cuiquam mancipavi, nullius nomen fero: multum magnorum virorum judicio tribuo, aliquid & meo vindico.* Atque tunc te puta in Senatu ſedere, ubi non audias tantum, ſed examinare audeas: & ipſe rogatus, ſententiam dicere. Sed quæ ad illum intromittat, priuſquam in Æſculapii templo togam ſumes, uni ſectæ conſulte & diſtricte adhærebis: etſi non uni homini, qui te detineat & vindicet ſibi. Vnus enim omnia ut viderit? non ſi Minervæ aurea lucerna, ut vetus verbum eſt, illuſtraſſet. Euripidæum illud rotundum & verum:

Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
Πέφυκεν· ἄλλῳ δ' ἄλλο προσκεῖται γέρας.
Non unus aliquis ſcire natus omnia eſt:
Sed aliud alii præmium poſuit Deus.

Vltima porro medicinæ ſecta aut ſectio, *Chemica* erat. quæ licet multorum ingenio proſtitit, adhuc

taliter comparata est, ut fuerit magis ostentata, quam elaborata. Hanc omnes annosam valde ajunt: sed delituisse. donec ante centum præterpropter annos magni nominis vir, *Aureolus Philippus Theophrastus Bombast ab Hohenheim*, *dictus Paracelsus*, non tam condidit, quam somno plusquam epimenideo sopitam resuscitavit. E cujus libris facile est animadvertere multis retro seculis viguisse: adeo ab ultima antiquitate & vocabula ipsa quæ usurpat, & dogmata omnia repetuntur. Tamen nonnihil fortasse acerbius exprobraverit illi Erastus: *finxisse hæc sibi, ne, si aperte & intellegenter loqueretur, continuo exploderetur ab omnibus homo in omnibus sermone, cogitatione, vita, moribus, actionibus monstrosus. Dum enim sic loquitur, ut quid sibi velit nescias, mysteria quædam censent latere imperiti.* & sunt revera. Novimus enim neminem, qui ausus sit dicere, præceptoris se mentem plene adsequutum. Imo plurimis postquam ad vitæ terminum, vixdum fuit ad istorum limen perventum: etsi totos ille unus ætatem occupasset. Sane mirari subit, & bono jure, quomodo quis imbibere potuerit tetrum illud absinthium doctrinarum. quomodo detorqueri se rectissima ingenia passa fuerint, & in flexuosos labyrinthos abduci, longum à vero medicinæ fine. De Paracelso non ita mirum, novam viam novum hominem inivisse: & explosa medicina veteri, aliam excogitasse: nam hoc adfectavit, ut ipse solus solium illud medicinæ insideret, priscis ejectis. Atque ea res belle inter initia cessit. quamquam apud sapientes omnes valde insipiens haberetur. & quem istiipsi tyrunculi Principatu mox dejecere, qui per pravam seditionem elegerant. Scilicet tunc inprimis cum viderent, imo discerent

suo

ſuo & alieno periculo, non evenire protinus quidquid ſpe votiſque concepiſſent, & murem ſibi pro leone exhiberi. *Laudes enim immodicæ medicinarum chymicarum primo inflant hominum ſpes, deinde deſtituunt.* Nequis tamen eas ſpernere aut refutare me putet. Scio, & fateor, multa in his accipiendi tum ſuavitate, tum ſecuritate, & ſuccurrendi promtitudine bona. Quinetiam Paracelſicam licet hili aut pili non facio, magni tamen veram Chemicam. Et quemadmodum in republ. Romana cives erant utiliſſimi, & optime compoſiti, qui aut Conſules populo favebant, aut Tribuni in partes Senatus inclinabant: ita in hac materia, de qua agimus, Medicos eos probamus, qui aut Rationalis medicinæ præceptis imbuti, Chemica medicamenta plurimum æſtimant; aut in horum præparatione & uſu exercitati, Methodos & Generalia artis non aſpernantur. Igitur iſta, licet non in principali, neceſſario tamen additamento eſt habenda, & acriter deguſtanda. Sed è quibus? *Nollio* dixero & *Beguino.* Ille brevi & methodico ſyſtemate dabit integram medicinam hermeticam ad veteris exemplarium delineatam: hic dexterrimam præparationem medicamentorum crebrius uſualium. Hem, inquies, quanta materia, & quæ ſilva? quis ingredietur ſine errore, & egredietur? qui *Ordine* inſiſtet, qui induſtriam & *Curam* adferet, jam dicenda. *Ordine* inprimis opus. & ne confuſa & vaga lectio ſit, aut deſultoria & interrupta. Hoc pleriſque evenit. & velut ex equo in equum ſe trajiciunt, ab hoc ſcriptore in alium, ab iſto argumento in illud: quo fructu? momentaneæ voluptatis, & ut tempus ſuum, imo & ſe fallant. Tu non fac, κράτιστε Tulpi, & ordine lege. quem ex ipſis

à me dictis etsi potes instituere: tamen breviter edocebo. Verum ad Medicinam priusquam veniamus, duo potissimum præmittenda sunt, *Litterarum studium* & *Philosophia.* Litteræ inprimis rudimenta sunt nostra, non opera. Sed & rudimenta utilia, imo necessaria sunt, non aliter quam ædium sublimium fundamenta. Xenocrates olim prudenter cuidam amuso & rudi, ad philosophiam tamen & diatribam suam adspiranti: πορεύου, ἔφη. λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας: *vade, inquit. ansas enim philosophiæ non habes.* Vt nempe ansæ humorem non continent, vasi tamen necessariæ sunt ad usum: sic de litteris, artem non habent, sed conferunt ad habendam. Philosophiæ item cognitio non ideo requiritur, quia medendi scientiam dare possit, sed quia animum ad accipiendam illam præparat: imo etiam obfirmat ad fortiter ferenda tum vitæ universæ, tum praxios quotidiana & quasi inevitabilia tædia. quæ indies medicis, ut pilulæ ægris, deglutienda potius quam devoranda offeruntur. De methodo utrique studendi multi multa. pauca accurate *Heurnius*, consultor optumus. Quare, ne aberrem, ego labore hoc & verbis supersedeo. liberius etiam, quod ista olim paravisse tibi scio. Age itaque ad ipsam jam Medicinam. In qua initium fiat ab *Institutionibus. illæ enim* (Heurnius inquit) *ideam quandam totius medicinæ animo immittent: & ex illis ordinem totius studii medici & subtegmen firmum, cui intexi omnium auctorum scripta possint, percipiet novus medicinæ mysta. Sunt enim institutiones medicæ nihil aliud, quam ex omnium scriptorum medicorum deliciis ac medullis condita placenta: aut, ut melius dicam, ex electissimis quibusque flosculis compositum mellificium.* Tentavit *Fuchsius* primum: sed leviter;

etsi

etſi plerumque nimius eſt in contentionibus & probris. Hunc inſecuti ſunt, *Liddelius*, *Bertinus*, *Steeghius*, alii : & noviſſime *Sennertus*. Iſti breviores & ſolidi : hic fuſior, imo plenior. & quid in diligentia viri tanta deeſt? Imo ut ſuperſit, vereor: iis utique, qui temporis parciores non amant detineri diſputationibus & opinionum variarum relatu. & ſufficit bene ſcire herbis mederi, non verbis. Quamquam iſta quoque placent in juvenili ætate. quam non abnuo publicis etiam velitationibus ſubinde exerceri. Quibus privatim præſideant *Silvaticus*, *Valleſius*, *Ferdinandus*, *Corteſius*; & ſi qui tales. *Aponi* Conciliator commendabilis eſt & utilis præ reliquis: ſed parum obvius. *Horſtius* dedit enucleatum : quo utere , donec recudatur. qui faxit, tergat primum & purum illi latinitatis nitorem conciliet. Atque in iſtis firmiſſimum fundamentum jace : cui ſecure deinceps ſuperſtruas ædem medicinæ. Sed illis quamdiu immorere? pro ingeniis tempus definiatur : in tuo & molliore aliquo, annum; in duriore, alterum etiam annum. Sed ita , ut ſimul æſtivas aliquot horas in *Herbaria* inſumas; & hybernas in *Anatomia*. Tertio ſummum anno *Pathologicæ* & *Diaſosticæ* ſtudioſe te dabis. Cum peregeris, ad *Therapeuticam* venies. & ordiere ab *univerſali* : cui *ſpecialem* ſubmittes, & conſtantia eadem peragrabis. Sed poſteriore hoc biennio (tribus enim quatuorve annis emetiri poteris academicum artis noſtræ ſpatium.) temporum quædam ſucciſiva *Pharmaceuticæ* & *Chirurgicæ operatricibus* donabis. Et de *Ordine* facile eſt , atque animi tantum decreto opus : *Cura* plus habet operæ , & in ea omnis eſt legentium fructus. Duo in hac ſpecto, ſive exigo: *Attentionem* , & *Electionem*. Quæ legis , nec capis , ne

damna aut abjice. Sed quod olim Socrates, cum obſcurum Heracleti librum legiſſet, tu dicito: Ἃ μὲν συνῆκα, γεννᾶια· οἶμαι δὲ, καὶ ἃ μὴ συνῆκα: *Quæ intellexi proba ſunt; credo, & quæ non intellexi.* Vt intellegas, ſæpius legas. Et quod gladiatoribus imperari ſolet, utiliter ego hic tibi, *Repete.* Quæ capis, curriculo non percurre: inſiſte, nec conquire ſolum multa, ſed in ea inquire, cui rei ſingula facere poſſint; & ecquem uſum ſui præbere. Mora hic aliqua inter legendum & tarditas, fateor: ſed nimirum, dicto veteri, *Nulla res poteſt eſſe eadem, feſtinata ſimul & examinata: nec eſſe quidquam omnium, quod habeat laudem diligentiæ, ſimul & gratiam celeritatis.* Tarda igitur, & quære. & omnino ſequere *Heurnii* monitionem. cum repperiſti, & inter ſe penſitaſti examinis quadam lance, tum ſit *Electio:* id eſt, ut ſtilum capias & excerpas, & velut annonam in horrea quædam reponas, Plinii illius exemplo: de quo alter Plinius, *Nihil umquam legit, quod non excerperet.* Initio tædium hoc aliquod habet, poſtea voluptatem; cum creſcunt opes, & miraris ipſe tuas meſſes. Itaque notabis & ſepones ſiquid rarum, novum, inſigne, utile inprimis in legendo occurret. certus ex iis medicinæ ſcientiam inſeri, tacita quadam vi & via. Vt enim herbas, ut arbores, creſcere non cernimus, ſed creviſſe: ſic factam hanc ſcientiam potius, quam fieri. Atqui incrementum & irrigatio illi, ab his inquiſitorii, ut ſic dicam, guttis: quas alte perbibit melior animus, & paullatim madeſcit maturioris judicii ſucco. Ad excerpendum ſint jamante *libri* parati, meo judicio, ſex; in quos, quidquid eligis, conferas & tuto deponas. Nam lectionem ſolam non ſufficere certum, ne repetitam quidem, nec in feliciſſi-

felicissima memoria. nam huic qui credit tantum, quid agit? non dicam nihil, sed in breve, proficit: nec ulla ea tam vasta, capax, tenax est, quæ varia ista cum fide adservet & reddat. Trade libris. in quo labor aliquis, & iterum in legendo remora: sed, mihi crede, aut sero credes, utilis, si quidquam in omni ratione studiorum. Libros istos sex in proprios usus sic ego ordinavi: primus mihi habet physiologica, anatomica, morborum & symptomatum differentias caussasque generales;. signa item præsentis & futuri affectus aut eventus, & quæ huc faciunt. Secundus, totus insumitur in morbis singularibus: ut tertius, in animalibus; & quartus, in plantis. Quinctus, de compositione medicamentorum & compositorum titulos continet. Sextus, vice appendicis est, in quem infero, quidquid antecedentibus omissum. Ordine utor litterarum. quia non ad famam aut pompam ista disponuntur, sed nostrum usum. Sequitur *inscribendi modus.* de quo exemplis dicere facilius possum, quam præceptis. Igitur nostra cape hujusmodi. MEDICINA. Naturæ leges semper sequitur. *Fernelius præf. ad lib.* I *Meth. med.* FLATUS. Acrium generatio. *Salius de affect. partic. cap.* XIII. MORBUS. Cur apud nos raro abscessu solvatur. *Hollerius comm.* II *ad lib.* IV *Coacarum.* PULSUS. Intermittens aliquibus à natura. *Gal.* III *Progn.* XLIX. NATURA. Morborum medicatricem recte adseruit Hipp. *Persona Discurs. medic. cap.* I. CATARRHUS. Non convenire cauterium coronali suturæ inustum. *Septalius* VI *Animadv. med.* CVII. DOLOR. Magnus cito finit aut finitur. *Seneca Epist.* LXXVIII, *&* XCIV. FEBRIS PUTRIDA. Magnitudinem non à putredine oriri, sed magno in coquen-

da materia naturæ conatu. *Hor. Augenius Epist.* II *lib.* V *tomi* I. LVES VENEREA. Canis captus qui heri emplastra linxisset. *Scaliger lib.* VI *Poëtices cap.* IV *ad fin.* FONTICVLVS. Cur & quomodo à peste præservet. *Salius de febre pestil. cap.* XX. CONF. ALKERMES. Debere duodecim non duas tantum drachmas lapidis Lazuli recipere. *Cortesius dec.* IX *Miscell. medic. cap.* IV. HELLEBORVS. Album in malvatico maceratum ancillæ cum successu dedit *Gesnerus* I *Epist.* XI. De memoriæ cura prima habes: & leviter de altera, quæ ingenii est & judicii. Nam utrumque lectio & electio etiam acuunt. Imo & disputatiunculæ publice privatimque aliquando habitæ. quæ sæpe occultas alioquin ingenii scintillas, & quasi sub cinere sopitas excitant, & in flammam producunt. Modo non nimiæ sint, & de verbis magis quam rebus. Quales, *utinam tantum non prodessent! nocent. Hoc manifestum est, comminui & debilitari generosam indolem, in istas angustias conjectam.* Præterea, *quantum temporis quibusdam verborum cavillatio eripit, & captiosæ disputationes, quæ acumen irritum exercent*? Illud tu, si sapis, conferes potius in fructuosius exercitium. nempe quo solide præparere ipsi medicinæ factitandæ, sicut miles aliquis pugnæ per lusoria certamina. Exercitii istud genus hujusmodi est. Casum quemcumque ægrotantis tibi propone. Ex relatis essentiam morbi & caussas & adfectam partem, si minus propalam collocata, rimare: ex his indicationes, & curationem: imo quasi ipsum hunc curares, in charta omnem exequere, diæta, medicina, chirurgia. Dic, inquis, explicate. Exemplo igitur: quo maxime etiam hic possum. Sed vereor ut longum sit, & cum tui tædio, mi Tulpi, integrum

ante

ante oculos ponere. Meone? ais: jamdiu aveo perdiſcere quidquid è re mea. Quare Theſeum te mihi præbe, & filum dirige ſecuturo. Ita ſi vis, habe tale. Iuvenis annorum undeviginti, habitudine plenius, in litteris aſſiduus, & fatigationem illam ſedentariam inceſſus vegetatione haud ſatis diſcutiens, dies aliquot gravedinoſus, ſomnolentus eſt, inprimis à cibo. laſſitudinem ſentit, & inſolentem corpori & animo torporem.

Succidui titubant greſſus, vertigine molli
Membra rotantur.

Fert, differt. Sternutat, lapſat. jacenti difficilis cum ſtertore reſpiratio; manus pedeſque varie jactantur & trahuntur. mox ſurgit, vomit, capite dolet, obdormiſcit; meliuſcule ut videtur ſibi, medicum vocat tamen, de morbo quærit, & quid facto opus. Epilepſiam eſſe ſatis manifeſtum. Cauſam illi primitivam negotioſum otium, cruditatibus in ventriculo contrahendis aptiſſimum: quas debuiſſent corporis non animi labores excoquere. Abs iſtis in cerebro paullatim pituitam congeſtam: quæ copia & acredine magis nervorum exortui & vicinis membranis moleſta, illum tumultum tulerit. Grave hoc mali, difficile, & periculoſum eſſe, partium nobilitas, functionum in his & per conſenſum laborantium vitalium neceſſitas, materiæ maligna contumacia, & ſymptomatum vehemens multitudo atteſtantur. Et quæ facile ab medicationis aggreſſu abſterreant, ni Hippocrati eſſet obſervatum, *τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχειν: Epilepſiam, quibus ante pubertatem accidit, mutationem recipere.* Experiunda igitur auxilia; quæ trium generum indicantur. unum, ab peccantis materiæ Evacua-

tione; alterum, Aversione à cerebro; tertium, ab hujusdem tum ventriculi Corroboratione. Primæ intentioni satisfit Minoratione saltem in paroxysmo per acre Enema: post hunc Vomitione, Sanguinis depletione, & ex arte præparatæ morbificæ materiæ à toto primitus corpore, deinde à cerebro repetita subinde Expurgatione. Secundæ Fonticuli potissimum & Setones serviunt. ut Tertiæ medicamenta omnia, quæ ventriculum & cerebrum fortificare nata sunt. Sed & Victus ratio abs initiis huic fini & morbo ipsi maxime adversa est imperanda: tenuis, tenuans, siccans. His remediis, si obsequens æger fuerit, haud dubie morbum naturà longum licet & magnum superabis. Sed alternanda sunt ex usu artis. & aliæ atque aliæ medicinarum formæ formulæque pro re nata præscribendæ. Quod expeditius ut possis, operæpretium habeo componendorum medicamentorum compendiariam &, si quæ altera, promtissimam methodum tibi communicare; olim Patri meo p. m. conceptam. Cujus ipsa verba è Cap. ult. de Medicament. composit. speciali adscribenda autumavi. *In medicamentorum compositione facilem hanc methodum observa. Elige simplicia tuo adfectui accommodata. ea in varias formas forma, augendo dosin & minuendo proutmorbus & medicina poposcerint. Exempli gratia, in Capite frigido humidoque* (quale nostrum) *alterando & corroborando*:

℞. Ligni Visci querni Drachmas duas.
Rad. Aristolochiæ rotundæ,
Iridis Florentinæ, ana Drachmam & semissem.
Calami aromatici,
Galangæ, ana Drachmam.

Fol.

Fol. Majoranæ,
Betonicæ, ana Pugillos duos.
Sem. Pæoniæ maris,
Fœniculi, ana Drachmæ ſemiſſem.
Flor. Roriſmarini,
Salviæ,
Stœchados,
Lavendulæ, ana Pugillum.

Si hæc coquantur in q. ſ. Aquæ communis, Majoranæ, Hyſſopi, vel Betonicæ, aut Hydromelitis ad tertiæ partis evaporationem, & Colaturæ Vnciarum octo addantur

Elect. Diaphœnicon,
Benedicti laxativi, ana Vncia ſemis.
Hieræ picræ Galeni Drachmæ duæ.
Salis gemmei Drachma.

F. Enema.

Si eidem Colaturæ admiſceatur

Syr. è Stœchade,
è ſucco Betonicæ, ana Vncia.

F. Apozema præparans.

Si vero incoquantur ſub finem ſ. a.

Sem. Carthami,
Rad. Polypodii quercini, ana Drachmæ ſex.
Agarici recenter trochiſcati Drachmæ tres.
Zingiberis albi Scrupulus.

Colaturæ deinde ejuſdem menſuræ addantur

Syr. Diacnicu Andernaci Vnciæ duæ:

F. Apozema purgans, pro tribus doſibus.

Quod ſi huic vel iſti Colaturæ adjiciantur

Sacchari albiſſimi q. ſ.

& coquantur deinde in debitam conſiſtentiam,

F. Syrupus præparans aut purgans.

Eiſdem

Eisdem simplicibus pulveratis tenuissime & mistis cum
Conf. Flor. Betonicæ,
Pæoniæ, ana Vncia.
Rorismarini,
Rosarum rubrarum,
Menthæ, ana Semuncia.
Rad. Acori conditarum,
Flor. Arantiorum condit. ana Drachmis sex.
Syr. è succo Betonicæ q. s.
F. Electuarium.

Præter ista cum
Theriacæ Andromachi Drachmis duabus:
aut sine hac, majore saltem Syrupi quantitate,
F. Opiata.

Aut, Syrupi loco, cum
Sacchari albi q. s.
F. Conditum. quod Auri bractea integi ad splendorem potest.

Quod si eaipsa pulverentur dumtaxat, & per se dentur,
F. Pulvis.

Qui si solus cum
Sacchari solius puri octuplo
minimum misceatur,
F. Tragea.

Dissoluto vero in Aqua Betonica, aliave convenienti,
Sacchari hoc pondere,
& cum pulvere s. a. misto, & siccato,
F. Tabellæ.

Si excipiantur pulverata
Vini Canarini, aut
Malvatici, aliusve s. q.
& in umbra s. a. siccentur,
F. Trochisci.

Ante

Ante exsiccationem si addantur

Ambræ griseæ,

Moschi, ana Grana tria, quatuorve.

F. Muscardini.

Pulverata si interantur in

Amygdalarum dulcium,

Pistachiorum,

Nucleorum Pini, non rancidorum, ana Vncia.

Conf. Salviæ,

Rorismarini,

Borraginis, ana Semuncia.

Olei stillat. Majoranæ Scrupulo semis.

Sacchari convenienter dissoluti quadruplo.

F. Morsuli.

Sin autem Pulveratis affundantur

Vini albi odori Libræ tres;

& macerentur dies plures, dein colentur,

F. Vinum medicatum.

Colatura ista si denuo per manicam Hippocratis trajiciatur, & dulcetur

Sacchari albi Libra semis,

F. Hippocraticum.

Aut, Sacchari loco,

Mellis Narbonensis Libra,

F. Vinum mulsum.

Si infundantur in

Aquæ mulsæ Sesquilibra,

& vase bene obturato s. a. coquantur, & colentur,

F. Hydromel medicatum.

Si vero macerentur in

Aquæ puræ q. s.

deinde cum

Mellis optimi despumati triplo

coquan-

coquantur lento igne, & calide linteo percolentur,

F. Mel medicatum.

Cujus q. s. super calentes cineres soluta si admisceatur

Aceti vini albi q. s.

ut sola agitatione Syrupi consistentiam nanciscatur,

F. Oxymel medicatum.

Si illa ipsa Pulverata infundantur in

Spiritus vini Libra & semis;

postea colentur per densissimum setaceum,

F. Extractum liquidum.

Post infusionem vero si in B. M. destillentur,

F. Aqua vitæ Cephalica, aliove ab adfecta parte nomine insignienda.

Quod si extrahatur ex Pulveratis per

Spiritus vini q. s.

Tinctura: & in ea percolata dissolvantur

Aloes Socotorinæ lucidæ Vnciæ duæ,

mox exsiccentur in Extracti solidi consistentiam,

F. Pilulæ.

Si incoquantur in

Lixivii sarmentorum,
Vini albi, ana Partibus æqualibus,

deinde colentur,

F. Lotio capitalis.

Eadem colatura si cum spongia calide admoveatur

F. Fomentum.

Si tantum inspergatur, aut destilletur, ex vasculi proboscide,

F. Irrigatio.

Quod si pulverata inter duo lintea insuantur, frontique sicca, vel vino irrorata adplicentur,

F. Frontale.

Cras-

Craſsiuſcule pulverata & raro panno lineo vel ſerico inſuta

F. Sacculus.

Qui ſi interpungatur ſ. a. & ſupra caput geſtetur, vel pileo aſſuatur,

F. Cucupha.

Si Simplicium decocti colati q. præſcripta immiſceantur

Syr. è Stœchade,
Mellis Roriſmarini,
Oxymellis ſimplicis, ana Vncia ſemis.

F. Gargariſma.

Si ſimplicibus additæ ſint

Rad. Pyrethri,
Turbith gummoſi,
Sem. Sinapi albi, ana Drachmæ duæ,

& coquantur in

Hydromelitis q. ſ.

& colaturæ ejuſdem menſuræ addantur

Oxymellis ſimplicis Vnciæ duæ,

F. Apophlegmatiſmus purgans.

Pulverata vero ſi

Ceræ q. ſ.

excipiantur & inſtar lupinorum formentur,

F. Trochiſci manſiles.

Eadem ſimplicia ſi cum

Maſtiches triplo

pulverentur & panno lineo raro illigentur,

F. Nodulus ad manducandum.

Tenuiſsime pulverata cum

Rad. Pyrethri,
Hellebori albi, ana pari pondere.

F. Errhinum: naribus inſpiratione attrahendum, aut è penna in eas inflandum.

Simpli-

Simplicium decocto colato si affundatur

Spiritus vini Vncia,

F. Errhinum liquidum. tepidum è manus vola naribus attrahendum, ore aqua pleno.

Sumatur ejusdem decocti colati,

Succi Majoranæ,

Olei Irini, ana Vncia;

Coquatur leviter ad humiditatis consumptionem, addatur

Ceræ q. s.

F. Errhinum linimenti forma.

Vel recipiatur ejusdem decocti colati,

Vini albi, ana Sesquiuncia,

Mellis q. s.

Coquatur leviter,

F. Errhinum opiatæ forma.

Simplicibus si adjiciantur

Benzoini,

Styracis Calamitæ,

Gummi Anime, ana Drachmæ duæ & semis.

Tacamahaca,

Caryophyllorum,

Ligni Aloes, ana Drachma:

deinde crassiusculè tantum pulverentur,

F. Suffimentum. cujus super prunas accensi exhalatio patulo ore aut naribus debet admitti.

Omnia ista sic pulverata, si excipiantur

Gummi Tragacanthi in Aqua Lavendulæ eliquati q. s.

Deinde s. a. siccentur,

F. Trochisci ad suffiendum

Si insuper addatur

Carbonum Salicis triplum, &

Ladani in Aqua Flor. Tiliæ liquefacti, q. s.

excipian-

excipiantur, & exsiccentur,

F. Aviculæ Cypriæ.

Quod si Pulveratorum parti uni addantur

Benzoini,

Ladani, ana partes quatuor.

Liquid-Ambar, pars una.

Aquæ Rosaceæ fragrantissimæ q. s.

ad dissolvenda illa, & formandam pastam,

F. Cassoleta.

usus tempore in ollulam Aqua Rosarum plenam injicienda, ut igne huic subjecto sensim evaporet.

Eadem simplicia si cum

Styracis Calamitæ,

Benzoini,

Rasuræ Ligni Rhodii, ana Drachmis duabus

pulverentur, & excipiantur

Balsami Peruviani Sesquidrachma,

Ladani aqua Cinamomi soluti, q. s.

formenturque rotunda forma,

F. Pomum odoriferum.

quod exterius illini aliquando potest & debet

Olei Cortic. Arantiorum, aliusve aromatici, Guttis aliquot,

Moschi,

Zibetti, in aqua Cinamomi dissolutorum, ana Granis tribus.

Quod si eadem pulverata simul, Ladani loco, excipiantur

Ceræ sæpius liquefactæ, & aqua Rosarum ablutæ, q. s.

Olei Keyrini Drachmis duabus,

F. Balsamum odoriferum,

Linimentum, Vnguentum, Ceratum, vel Emplastrum: pro

**** *majore*

majore aut minore Ceræ & Olei quantitate. Quam non modo in vehiculis mutare convenit, sed pro medicamenti forma in ipsis etiam ingredientibus. Neque enim ad quascunque formulas necessarium est præscriptorum simplicium pondus. Sed augendum hoc aut minuendum prout illæipsæ, aut utendi modus aut tempus, aliaque eo pertinentia requisiverint. Animus etiam fuit hoc capite non justam singulorum simplicium dosin in quavis recepta fabricanda præfinire; sed seu Proteum aliquem dare medicinarum, qui in quamlubet sese formam promte transformet. &c. De secunda etiam cura dixi: quæ maximi est momenti; & quam hortor diligenter cures. Nam legisse multa, nihil; nisi retinueris. retinuisse, parum; nisi in tempore sciveris usurpare. Id prius memoriæ; alterum acris est ingenii & firmi judicii. Non est studium, puto non erit, quod in reminiscendo memoriam, inveniendo ingenium, discernendo judicium exercitet magis & adjuvet, præter illud Casus speciales fingendi & explicandi; seu, ut Itali vocant, Puncta resolvendi. Ad hoc accessurus si imaginari aliquem talem tibi nequis, mutuare è Consiliorum scriptoribus. Sed satis hæc communia in scripto adumbravi. imo ista omnia, quæ juvare possint, qui in limine studiorum: sicut aliquis, qui in via medius, digitum ingredientibus ostendit ad ipsam metam, & qua ire cœperunt, eundũ dicit. Nunc quid superest? ut manum istis & mentem admoveas. Sed cave, ne mole hac, quæ videtur, absterreare. Quid enim? tam varia, tam multa? inquies. Nihil est: imo incredibile, quam cito hæc suscipiantur & fiant, si tenor & constantia sit, & quisque dies opus suum probet. Experire. & ætatis tuæ florem cogita, & corpus labori, animum intentioni ferendæ esse. Quæ dum finunt,

excole

excole optimam indolem, & naturæ agrum; quem Deus feracem optimarum artium ac rerum dedit, si industriæ aratro ſcindis, & ſemina ſcientiarum injicis, ut cœpiſti. Fovere perge & maturare in ſuam frugem. Miſeros, qui aut nolunt, aut neglegunt! miſerandos, qui cum velint, non poſſunt! At tibi facultas inprimis adeſt, & parentem habes, qui ubertim velit ſuppeditare quidquid ſtudiis, & eorum inſtrumentis, eſt opus. Voluntas à te eſt, atque etiam in te eſt, quod gaudemus: ut ſerves, vel ut augeas potius, hortamur. Noli dubitare. perveniet ad optatam calcem, quiſquis ſerio volet & nitetur: & talibus utroque oculo Iuppiter annuit, Mercurius dirigit, ipſa Minerva manum & mentem iis, & cum iis, movet. Illa una ingeniorum peſtis modo fugiatur, ne perveniſſe nos putemus quo adſpiramus. Senecæ illud aureum: *Puto multos ad ſapientiam potuiſſe pervenire, niſi putaſſent ſe perveniſſe.* Non fac, mi Tulpi:

Ego cui omnia facta cupio, cupiamque, quæ voles,

tua causa, tum & Cl^mi. V. Patris tui: & vos omne ævum firmos in amore mei, quem in te certe habui, habeoque, ventilante velut flabro virtutis, modeſtiæ, & comitatis tuæ accenſum. Iſtas quoque ſerva, blandas conciliatrices non ad amorem ſolum, ſed honorem: ad quem, doctrina etiam allevante & manum porrigente, conſcendes. quod, ut Comici verbo utar, animitus ita voveo & ominor, tuo tuorumque gaudio, & patriæ bono. Amſtelredami, a. d. VI Id. Septembr. CIƆ IƆ C XXXVII.

Tuus

IOANNES ANTONIDES
vander LINDEN.

BENIVOLO

L. A. S.


De occasione horum librorum exposui; & quid habeant. Nempe alterum, quid quisque in medicina ediderit; ubi, apud quem, quando, qua forma: alterum, quam singulus materiam tractaverit aut plures. Operi huic præpropere lucem facio, & fortasse ante legitimæ dies partionis. Scio nondum plenum. & apud Hispanos, Italos, & viciniores gentes prodiisse, quæ debeant addi. Cur non confeci igitur? aut certe cur non distuli? Quia nequivi isthæc quantavis diligentia nancisci. Quia nolui diutius te tam utili & inter necessarios studiorum apparatu carere. Nam quæ omitto, ego per otium postea aut alius supplebit volente me & vovente addet, ut fiat illud Homericum

— πλειόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον.

Sed, præter hanc, caussa festinandi, ingenium meum. quod amore alius studii incensum ad majora quædam & altiora adspirat, & ad Apollinis ipsum collem. cui flabellum erit favor tuus. De titulo, non est tanti. De ordine tua interest nonnihil dici. Non prioris libri: qui abecedarius est & plusquam obvius. Etiam alterius talis: quamquam in titulis, sive mavis communibus locis, juxta litteras non dispositus. Vidi sic fore inconcinnum, imo confusum. Itaque mea ipsius vestigia relegens, tibi eadem ad utendos auctores præeo, qua ad legendos tironi. Quem sum conatus breui ad longam artem ducere, & secure, & jocunde. Ad hoc paucos selegi & bonos scriptores, & in quibus non pœniteat scholasticam & adultiorem forte ætatem trivisse. Insuper quos ad integerrimam methodum digessi; à qua, puto, non abest quod illustrandæ medicinæ aliquis judicet. Eamdem sequor secundo libro. In quo præmitto quæ ad medicinam in genere: mox quæ ad singulas partes: theoretica semper primum, inde practica. etsi est ubi hæc in illis requiras, & vicissim. Potui vitare, titulorum repetitione. Sed quid opus? E præcedente libro & librorum ibi inscriptionibus expediere, sicubi hæres. In istoipso quoque ne mora fieret, cum prænomen nescitur, subjunxi ejus è cognomine indicem. Hæc, mi Lector, forma operis. quod laboriose mihi satum, uberes tibi fructus ferat.

IOANNIS ANTONIDES VANDER LINDEN DE SCRIPTIS MEDICIS,

Liber primus.


ABELIS ROSCII

De Morsu Canis rabidi Epistola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Centuria I. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8, pag. 241.

De Hydrope potus abstinentia curato, Observatio. Extat cum ejusdem Observat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 95.

ABHENGNEFIT, *seu* ALBENGNEFIT

De Virtutibus Medicinarum, & Ciborum. Extat cum Mesues operibus; & Tacuinis Elluchasem Elimithar. Hunc *Gerardus Cremonensis* ex Arabica lingua in Latinam vertit.

De Balneis, sermo in appropinquatione medicinæ ex corpore. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 429, facie aversa.

ABHOMEROM ABEN ZOAR

Liber Theisir dahalmodana vahaltabir: cujus est interpretatio, Rectificatio medicationis, & regiminis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol. apud Gregorium de Gregoriis, 1514, in fol. Additis Antidotario ejusdem, & Averrhois Colliget. Lugduni, 1531, in 8.

Excerpta de Balneis, extant Operis Veneti de Balneis pag. 434.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus p. 106.

ABOHALY ABEN ZOAR, *Arabis*

De regimine Sanitatis liber, editus *à Ioanne Georgio Schenckio*, Basileæ, apud Ludov. König, 1618, in 12.

ABRAHAMI ABEN EZRE, *Hispani*

De Luminaribus, & Diebus criticis liber. Lugduni, apud Ioa. Trechsel, 1496, in 4. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1614, in 12. utrobique cum Ioa. Ganiveti Amico Medicorum. Romæ, apud fratres de Nicolinis, 1544, in 4. & Lugduni, 1550, in 8. cum *Michaelis Angeli Blondi* de Diebus criticis libello, ejusdemque recognitione.

ABRAHAMI DREYERI, *Bremensis*

De Scorbuto Disputatio. Extat Decade VI, Disputat. quas

quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

ABRAHAMI NEHEMIÆ, *Lusitani*

Methodi medendi universalis per sanguinis missionem, & purgationem, lib. duo. Quorum altero agitur de tempore purgandi, & ordine medendi. Accessit de Tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad satietatem exhibendæ, lib. unus. Venetiis, apud Bernh. Basam, 1591, in 4. apud Societatem Venetam, 1604, in 4. apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1604, in 4.

ABRAHAMI è PORTA LEONIS, *Mantuani*

De Auro Diologi tres: in quibus non solum de Auri in re Medica facultate, verum de specifica ejus, & cæterarum rerum forma, ac duplici potestate, quà mixtis in omnibus illa operatur, copiose disputatur. Venetiis, apud Io. Bapt. à Porta, 1514, in 4.

ABRAHAMI SCHOPFFII, *Wirttembergensis*

ΚΑΘΟΛΟΥ omnium præsidiorum medicorum Vniversalium & Topicorum Disquisitio, qua quorundam Practicorum in administratione & usu eorundem, errores deteguntur, legitima utendi ratio docetur. Basileæ, apud Hier. Gemusæum, 1565, in 8.

ABRAHAMI SEYLLERI

Consilia & Epistolæ Medicæ extant eo in opere quod edidit Laurentius Scholzius, Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1548, in fol.

ABSYRTI, *Prusaensis*

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione *Ioa. Ruellii Suessionensis*, Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in 8.

De re rustica fragmenta aliquot extant cum γεωπονικῶν, sive de re rustica selectorum libr. xx Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. *Ioa. Alex. Brassicani* opera in lucem editis, Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, *Iano Cornario* interprete, ibidem, apud Frobenium, 1540, in 8.

ABUBETRI RHAZIS, *Maomethi*

Opera exquisitiora, quibus nihil utilius ad actus practicos extat, omnia enim penitus quæ habet aut Hippocrates obscuriora, aut Galenus fusiora, fidelissime doctissimeq; exponit, & in lucem profert. Per *Gerardum Toletanum*, *Cremonensem*: *Andream Vesalium*, *Bruxellensem*: *Albanum Torinum*, *Vitoduranum*, latinitate donata, ac jam primum quam castigatissime ad vetustum codicem summo studio collata, & restaurata, sic ut à Medicinæ Candidatis intelligi possint. Basileæ, apud Henr. Petri, 1544, in fol.

Librorum hoc opere contentorum Catalogus.

De Arte Medendi compendiosa introductio.
Ad Regem Mansorem lib. x.
Divisionum lib. I.
De Antidotis in librum divisionum lib. I.

De

De Affectibus juncturarum lib. 1.
De morbis Infantium lib. 1.
Aphorismorum libri sex; puta;
Primus, de Prognosticis.
Secundus, de Experimentis, & Confidentiis.
Tertius, de Casibus, quæ ipsi Rhazæ acciderunt.
Quartus, de Diætis, Medicinis, & Cibariis.
Quintus, de Verbis Hippocratis.
Sextus, de Scientiis, & intellectibus, sine quibus rectus medicus esse non potest.
Antidotarius, in quo continentur compositiones plurium medicinarum, ad diversas dispositiones, & multorum oleorum.
De Præservatione ab ægritudine Capitis lib. 1.
De Sectionibus, cauteriis, & ventosis lib. 1.
De Facultatibus partium Animalium lib. 1.

Opera parva Abubetri filii Zachariæ, filii Arasi, quæ in hoc parvo volumine continentur, sunt: Liber ad Almanf. decem tractatus continens, cum nonnullis additionibus interlinearibus *Gerardi Cremonensis*. Tractatus de Ægritudinibus juncturarum. De Morbis puerorum. Aphorismorum libri sex. Parvum Antidotarium. Tractatus de præservatione ab ægritudine Capitis. Liber introductorius parvus in Medicinam. De Sectionibus, cauteriis, ac ventosis. Synonyma. Liber divisionum, cum novem capitulis in fine additis. Quibus operibus additus est Constantini Monachi Viaticus. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1510, in 8.

Opera aliquot Rasis jam ante impressa fuerunt Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1497, in fol. cum aliis quibusdam R. Moysis, Damasceni, Hippocratis, & Zoari libris.

Continens Rasis ordinatus, & correctus per *clariss. artium, & Medicinæ Doctorem, Magistrum Hieronymum Surianum, nunc in Camaldulensi ordine Deo dicatum*. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1509: Brixiæ, 1486, utrobique 2, voll. in regali folio.

De Secretis, qui Aphorismorum appellatur. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in 4.

De Pestilentia libellus ex Syrorum lingua in Græcam translatus. Cum *Iacobi Goupyli* in eundem Castigationibus. Extat Græcè cum Alex. Tralliani lib. XII medicinalibus, Lutetiæ, apud Rob. Stephanum, 1548, in fol.

Rhazæ, cognomento Experimentatoris, de Pestilentia lib. *Georgio Valla, Placentino* interprete, extat cum Pselli de Victus ratione lib. II, Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. E græco in latinum sermonem versus per *Nicolaum Macchellum Mutinensem*, Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1555, in 8.

De Viribus ciborum, & medicinarum simplicium, seorsim excusus est Argentorati, apud Vlricherum, 1531, in fol. Est autem tertius eorum librorum, qui ad Mansorem Regem sunt scripti.

Excerpta quæ ad Aquas & Balnea pertinent, extant pag. 309. Operis Veneti de Balneis.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febrib. pag. 100.

ACHATII MORBACHI

Dialogus haut injucundus in quo Philoſophus Medicaſtrum quendam ſuper erroribus in medendo commiſſis, coram Prætore accuſat. Extat cum Labyrintho medicorum errantium Theophraſti Paracelſi. Noribergæ, apud Valentin. Neuberũ, 1553, in 4.

ACHILLIS PIRMANDRI GASSARI, *Lindavienſis*

Aphoriſmorum Hippocratis methodus nova, primùm quinque libris diſtincta. *Conr. Geſneri, Tigurini* verò opera illuſtrata. Huic accedunt præterea libelli de re medica aliquot priùs non editi. Omnia nunc primùm opera & ſtudio *Caſparis Wolffii, Tigurini* in lucem data. Sangalli, 1584, in 8.

Epiſtola Medica ad Conr. Geſnerum extat inter hujuſdem Epiſtolas, pag. 43, edit. Tigurinæ, apud Froſchoverum, 1577, in 4.

ACTII PHILIPPI PELLINIGERI, *Trojani*

Contradictiones Avicennæ. Venetiis, apud Io. Andr. Valvaſſorium, 1522, in 8.

ACTVARII IOANNIS, *filii Zachariæ*

Opera. Pariſiis, apud Morellum, in 8. Lugduni, apud Io. Tornæſium, 1556, in 8, tribus tomis. Lutetiæ, apud Henric. Stephanum, 1567, in fol. inter Medicæ Artis Principes.

Continentur autem his Operibus:

De Actionibus, & Spiritus animalis affectibus, ejuſdemque nutritione, lib. II.

De Vrinis lib. VII.

Methodi Medendi lib. VI.

De Medicamentorum compoſitione lib. I.

Seorſim extant:

De Actionibus, & affectibus Spiritus animalis, ejuſque victu lib. II. Nunc primùm in lucem prodierunt, *Iacobi Goupyli* beneficio, Græcè. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1557, in 8.

De Vrinis libri ſeptem, *Ambroſio Leone, Nolano* interprete. Venetiis, apud Laurent. Vitalem, 1519, in 4. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in 8. *Iacobus Goupylus* hanc Nolani interpretationem ad Græcorum exemplarium, fidem recognovit, adnotationibus, & Scholiis illuſtravit. Pariſiis, apud Ioa. Roygni, 1548, in 8.

Methodi Medendi libri ſex. Quibus omnia, quæ ad Medicinam factitandam pertinent, ferè complectitur. *Corn. Henricus Mathiſius, Brugenſis* nunc primùm vertit. Venetiis, 1554, in 4. Acceſſit

De Actionibus, & affectibus Spiritus animalis, hujuſque nutritione, *Julio Alexandrino* interprete.

De Medicamentorum compoſitione, *Ioa. Ruellio* interpr. Pariſiis, apud Conrad. Neobarium, 1539, in 12. Baſileæ, apud Bogardum, 1546, in 8. apud Rob. Winter, 1540, in 8. Huic adjecta

cta in Medicinæ Candidatorum gratiam succidaneorum medicamentorum tabula, quorum usus habetur reciprocus, Græcè, & Latinè, per *Conr. Gesnerum, Tigurinum.*

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febr. pag. 176.

ADAMANTII SOPHISTÆ

Physiognomonicorum, id est, De naturæ indiciis cognoscendis, lib. duo. Græcè opera *Camilli Perusci* editi sunt Romæ, 1545, in 4. Cum Æliani Variæ historiæ lib. XIV, aliisque. Latinè autem, interprete *Iano Cornario*, Basileæ, apud Rob. Winter, 1544, in 8. adjecto etiam exemplari Græco.

Fragmenta aliquot medica extant apud Aëtium: scilicet, Cura dentium à calido morbo doloroso affectorum. Tetrab. II, Serm. 4, cap. 27. Cura dentium à siccitate affectorum. Ibid. cap. 31.

ADAMI BOGARDI

De Arthritide Consilia quædam extant in eo opere, quod *Henricus Garetius* edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

ADAMI LANDAVI, *Ingolstadiensis*

Orationes duæ: I, de Athletica valetudine. II, de Corruptionis artium causa, & Antithesi veteris, & novæ Medicinæ. Extant tomo I, Orationum Ingolstadiensium.

ADAMI LONICERI, *Marpurgensis*

Historiæ naturalis Opus novum. In quo tractatur de Arborum, Fruticum, Herbarum, Animantiumque terrestrium, volatilium, & aquatilium: Item Gemmarum, Metallorum, succorumque concretorum, adeoque de vera cognitione, delectu, & usu omnium simplicium medicamentorum, quorum & Medicis, & Officinis usus esse debet. Vna cum eorumdem ad vivum effigiatis Imaginibus. Accesserunt quædam de stillatitiorum liquorum ratione, ejus artis, & Instrumentorum usu, atque de peculiaribus medicamentorum simplicium facultatibus. Francofurti, apud Christ. Egenolphum, 1551, in fol.

Naturalis historiæ tomus II. De Plantarum, earumque potissimum, quæ locis nostris rariores sunt, descriptione, natura, & viribus. Accessit Onomasticon, continens varias Plantarum nomenclaturas, utpote Græcas, Latinas, Italicas, Gallicas, Germanicas: Vocumque, quarum in Plantarum descriptionibus frequens est usus, explicationem. Ibidem, apud eundem, 1555, in fol.

Omnium corporis humani affectuum explicatio methodica: in qua mira brevitate singulorum morborum causæ, &c, traduntur. Publicante *Teucro Annæo Privato*, Francofurti, apud Palthenium, 1594, in 8.

De Purgationibus libri III. Ex Hippocrate, Galeno, Aëtio & Mesue depromti. Foras dati per *Teuc. Annæum Privatum*, Francof. apud Petrum Fischerum, 1596, in 8.

ADAMI ZALVZANII

Methodus rei herbariæ. & Animadversiones in Galenum, & Avicennam. Francofurti, 1604, in 8.

ADOLPHI OCCONIS, III, *Augustani*

Pharmacopœa, seu Medicamentarium pro Rep. Augustana. Augustæ Vind. 1574, in fol. apud Valent. Schœnigium, 1597, in 4 longiori, apud Georg. Willerum, 1580, in 12. Iussu vero & auctoritate Amplissimi Senatus à Collegio Medico rursus recognita, ac elaboratior, & auctior, sextum in lucem emissa. Ibidem, apud Christ. Mangum, 1613, in fol.

Epistola Græca ad Conr. Gesnerum, de Oxymeli helleborato, aliisque ad rem medicam spectantibus, extat lib. II, Epist. ejusdem Gesneri, pag. 58 versa.

Epistola Medica extat eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol, pag. 18.

ADRIANI ALEMANI, *Sorcensis*

Hippocratis Medicorum omnium Principis, de Aëre, Aquis, & Locis, Liber olim mancus, nunc integer: qui Galeno, de habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus inscribitur, commentariis quatuor illustratus. Parisiis, apud Ægidium Gorbinum, 1557, in 8.

Hippocratis Medicorum omnium Principis, de Flatibus Liber, commentariis illustratus. Parisiis, apud Martinum Iuvenem, 1557, in 8.

ADRIANI IVNII, *Hornani*

Phalli ex fungorum genere in Hollandiæ sabuletis passim crescentis descriptio, & ad vivum expressa figura. Delphis, apud Herm. Schinckelium, 1564, in 4. Lugd. Batavor. apud Christ. Guyotium, 1601, in 4.

De Coma Commentarius. Extat cum ejusdem Animadversorum libris sex: qui sunt omnigenæ lectionis thesaurus, in quibus infiniti pene autorum loci corriguntur, & declarantur. Basileæ, apud Isingrinium, 1556, in 8.

Nomenclator omnium rerum propria nomina septem diversis linguis explicata indicans. Francof. apud Ioa. Saurium, 1596, in 8. Habet autem, qui medicæ rei illustrandæ sunt commodi, titulos triginta, ut ibidem videre est.

ADRIANI SPIGELII, *Bruxellensis*

De Humani corporis fabrica libri decem, Tabulis XCIIX æri incisis elegantissimis, nec antehac visis exornati. Opus posthumum *Daniel Bucretius, Vratislaviensis*, jussu Authoris in lucem profert. Venetiis, apud Euangelistam Deuchinum, 1627, in reg. fol. Francof. apud Matthæum Merianum, 1632, in 4.

De Formato Fœtu liber singularis, æneis figuris exornatus. Epistolæ duæ Anatomicæ. Tractatus de Arthritide. Opera posthuma studio *Liberalis Cremæ, Tarvisini*, edita. Patavii, apud Io. Bapt. de Martinis, & Livium Pasquatum, 1626, in reg. fol. Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4.

Cata-

Catastrophe Anatomiæ publicæ, in celeberrimo Lycæo Patavino feliciter absolutæ fausta acclamatione Inclytæ Nationis Germanicæ excepta. Patavii, apud Martinum, 1624, in 4.

Isagoges in rem Herbariam Libri duo. Patavij, apud Paulum Mejettum, 1608, in 4. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1634, in 16.

De Lumbrico lato Liber. Cum ejusdem Lumbrici icone, & notis. Accessit ejusdem Auctoris Epistola de incerto tempore Partus. Patavii, apud Laurentium Pasquatum, 1618, in 4.

De Semitertiana Libri quatuor. Accessit in fine Epistola ejusdem Argumenti. Francof. apud hæred. Io. Theodori de Bry, 1624, in 4.

ADRIANI TVRNEBI

De Vino libellus. Cum Procemio *Ioan. Caselii.* Helmæstadii, apud Iac. Lucium, 1605, in 4.

ADRIANI ZIEGLERI, *Tigurini*

Pharmacopœa Spagyrica: continens selectissima remedia Chymica, desumpta ex Basilica Chymica Oswaldi Crollii; Pharmacopœa dogmatica restituta Ios. Quercetani; & aliis Authoribus Chymico-Medicis peritissimis: rite, & fideliter præparata manu ejus propria. Tiguri, apud Hardmejerum, 1616, in 4.

ÆGIDII EVERARTI, *Antverpiensis*

De Herba Panacea, quam alii Tabacum, alii Petum, aut Nicotianam vocant, brevis Commentariolus. Quo admirandæ, ac prorsus divinæ hujus Peruanæ stirpis facultates, & usus explicantur. Antverpiæ, apud Ioa. Bellerum, 1587, in 25. Accesserunt huic libello, ut aversa tituli facie est videre, ejusdem Autoris

Compendiosa Narratio de Vsu, & praxi radicis Mechoacanæ, ex Hispania nova Indiæ Occidentalis nuper allatæ.

Gerardi Bergensis Medici de Pestis præservatione libellus ad S. P. Q. Antverpiensem.

Galeni Pergameni libellus de Theriaca ad Pisonem interprete & commentatore Ioanne Iuvene, Medico Iprensi.

Ejusdem de Antidotis libri II, ab *Andrea Lacuna* in compendium redacti.

Ioannis Iuvenis Opusculum de Medicamentis Bezoardicis, quorum usus à Peste præservat.

ÆGIDII de HERTOGHE

De gestatione fœtus mortui per tredecim annos ad Matthiam Cornacem Epistola. Extat cum ejusdem Cornacis Medicæ consultationis apud ægrotos instituendæ Enchiridio. Basileæ, apud Oporinum, 1564, in 8.

ÆGIDII MONACHI

De Vrinarum judiciis lib. I. De Pulsibus lib. I. cum expositione & commento *Magistri Gentilis de Fulgineo.* Venetiis, 1494, in 8.

8. Lugduni, 1505, in 8. Postea vero pluribus locis correcti per *M. Avenantium de Camerino*. Basileæ, apud Thomam Wolffium, 1529, in 8.

ÆGIDII de VADIS

Dialogus inter naturam & filium Philosophiæ. Tabula, diversorum Metallorum vocabula, quibus usi sunt veteres ad artem celandam, explicans. Extant Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 89.

ÆLII EVERARDI VORSTII

Oratio funebris in Obitum V. N. & CL. Caroli Clusii Atrebatis. Accesserunt Variorum Epicedia. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1609, in 8.

Oratio funebris dicta honori & memoriæ V. CL. D. Petri PavI, Med. Prof. in Acad. Lugd. Batavor. Primarii, Anatomici & Botanici eximii. Post ductum Funus prid. Non. August. Anno cIↃ IↃcxvII. Accesserunt in ejusdem V. Cl. obitum varia Epicedia. Lugduni Batav. apud Elzevirium, 1617, in 4.

ÆMILII, *Hispani*

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui Græcè extant Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latinè ex interpretatione *Ioa. Ruelli*, Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

ÆMILII CAMPOLONGI, *Patavini*

Theoremata de humana perfectione, veritatis indagatoribus Patavii discutienda relicta. Patavii, apud Laur. Pasquatum 1573, in 4.

Σημειωτικὴ, seu nova cognoscendi morbos methodus, ad Analyseos Capivaccianæ normam expressa. Nunc primum per *Iohannem Iessenium à Iessen*, rectè discentium & medentium usui publicata. Witebergæ, apud Laur. Seuberlichium, 1601, in 8.

Methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur, propositæ in Acad. Patavina à viris Nobiliss. Profess. D. Alb. Bottono, & Æmilio Campolongo: opera *Lazari Susenbeti* in lucem editæ. Francof. apud Zach. Palthen. 1595, in 8.

De Arthritide liber unus: de Variolis liber alter: ex ejusdem explicationibus decerpti, ac publicati. Venetiis, apud Paulum Mejettum, 1586, in 4.

De Arthritide liber unus. Cui accessit Ant. Schnebergeri medicamentorum facilè parabilium adversus omnis generis articulorum dolores enumeratio. Spiræ, apud Bern. Albinum, 1592, in 8.

ÆMILII DUSI, *Braidensis*

De Valetudine tuenda liber. Taurini, apud hæred. Nicolai Bevilaquæ, 1582, in 8.

ÆMILII MACRI

De Herbarum Virtutibus Opusculum. Cum Ioa. Atrociani Commentariis longè utilissimis. Basileæ, apud Sebast. Henric Petri, 1581, in 8. Friburgi Brisg. apud Emmæum, 1530, in 8. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis Antiquis, pag. 224, cum Atrociani commentariis longè utilissimis. Francof. apud Egenolphum, 1540, in 8. ex recognitione *Iani Cornarii*. Hamburgi, apud Iacob. Wolff, 1596, in 8, hoc titulo: *Henrici Rantzovii* editio librorum Macri de virtutibus Herbarum, de quibusdam animalium partibus, ac Terræ speciebus, itemque medicamentis totius corporis humani, jam recenter ex Biblioth. sua Bredendi depromptorum.

ÆMILII PARISANI, *Romani*

Nobilium exercitationum libri duodecim, de Subtilitate. Accessit Par, & Sanius judicium de Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus. Venetiis, apud Euang. Deuchinum, 1623, in fol.

Nobilium exercitationum de Subtilitate pars altera. Lapis Lydius de Diaphragmate, ad Ioa. Riolanum Iuniorem Anatomicum Parisiensem, Medicum Regium. De Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus, ad Mundinum Mundinium, Medicum Venetum & sequaces. Vbi obiter Vera Aristotelis vita & gesta. De Calido Innato ad præclaros Academicos Patavinos, Salam, Cremoninum, Caimum, Sanctorium. De Cordis & Sanguinis motu ad Guilielmum Harveum, Anglum, Anatomicum Londinensem, Med. Regium. Venetiis, apud Marcum Antonium Brogiollum, 1635, in fol.

ÆNEÆ VIGIANI

Consilia Medica extant eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

ÆSCVLAPII

De morborum, infirmitatum, corporisque accidentium, origine, causis, descriptionibus, & cura liber. Argentorati, apud Schottum, 1544, in fol. Cum Trotula, aliisque.

ÆTHONIS IOANNIS à FREVDENBERG

De Abusu, & impostura medicantium libellus, perquam utilis, ac jucundus futurus, quibus cum medicis erit negotium. Marpurgi, apud Cervicornum, 1538, in 8.

AETII AMIDENI

Librorum Medicinalium tomus primus, primi scilicet libri octo nunc primum in lucem editi. Græcè. Venetiis, apud Aldum & Asulanum, 1534, in fol.

Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabiblos, hoc est, libri quatuor. Latinè, ex interpretatione *Iani Cornarii*, & *Ioa. Bapt. Montani*: Basileæ, apud Frobenium, 1535, in fol. ex *Integra Cornarii* versione: Basileæ, apud eundem, 1542, & 1549, pari forma.

Lugduni, apud Godefr. & Marcellum Beringorum, 1549, in fol. apud Sebast. de Honoratis, 1560, in 12. voll. 4. Quibus duabus postremis editionibus accesserunt in duos priores libros (quos de Simplicibus scripsit) Scholia, rei medicæ studiosis plurimum profutura, per Hugonem Solerium, Sanionensem.

Excerpta de Balneis extant pag. 482, Operis Veneti de Balneis.

De Febribus liber extat Operis Veneti de Febr. pag. 58.

AETII CLETI, *Signini*

Dilucidatio in Aphorism. XXII primæ sect. pro defensione interpretationis Marsilii Cagnati, nuper edita per Philandrum Colutium. Romæ, apud Barth. Zannettum, 1621, in 8.

Dodecaporion Chalcanthinum. Romæ, apud Barthol. Zannettum, 1620, in 4.

AGRICOLÆ PHILOPISTII, *Germani*

Lapis Philosophorum aperiens, ac revelans rerum secretissimarum latentem, & salutarem usum. Coloniæ Agrippinæ, apud Henr. Crithium, 1531, in 24.

ALANI, *Philosophi*

Dicta de Lapide Philosophico. Extant cum Iodoci Greveri Secreto, edito à *Iusto à Balbian.* Lugd. Batav. apud Christoph. Raphelengium, 1599, in 8.

ALARDI, *Amstelredami*

Hippocratis Coi ad Damagetum Epistolæ cumprimis eruditæ juxta ac salutaris interpretatio, & paraphrasis. Salingiaci, apud Ioa. Soterem, 1530, in 8.

Scholia in Marbodæi Galli Cænomanensis de Gemmarum lapidumque pretiosorum formis, naturis, atque viribus eruditum opusculum. Coloniæ, apud Heronem Alopecium, 1539, in 8.

ALARDI AVLETII

Monitio ad illustres & amplissimos Dominos Ordines Frisiæ, De reformanda Praxi medica. Franekeræ, apud Ægidium Radæum, 1603, in 4.

ALBANI TORINI, *Vitoduriensis*

Epistola Apologetica ad Andernacum, ipsius universionem esse mendosam: ubi simul græcus contextus Æginetæ emendatur: &c. Basileæ, apud Frobenium, 1539, in 8.

In librum Ioannis Damasceni Principis Arabum Medici, De exquisita Febrium curatione compendiosum Diegema, sive Metaphrasis. Extat cum Alex. Aphrodisæi de Febrium causis & differentiis Opusculo. Basileæ, apud Robert. Winter, 1542, in 8.

ALBERICI GENTILIS

De Nascendi tempore disputatio. Witebergæ, apud Cratonianum, 1586, in 8.

ALBERTINI BOTTONI, *Patavini*

Methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio

tio traditur, propositæ in Acad. Patavina à Nobilifs. viris Profefs. D. Alb. Bottono,& Æmilio Campolongo: opera *Lazari Sufenbeti* in lucem editæ. Francof. apud Palthenium, 1595, in 8.

De Morbis muliebribus liber. Patavii apud Iacob. Bozzam, 1585, in 4. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1586, in 4. & cum Gynæciorum libris ab Israele Spachio editis, pag. 338.

De Vita conservanda. Patavii, apud Iacobum Bozzam, 1582, in 4.

De modo discurrendi circa morbos eosdemque curandi tractatus, extat cum Pandectis Ioa. Georgii Schenckii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1607, in 12.

Consilia quædam Medica extant eo in opere, quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

ALBERTI MAGNI

De Nutrimento & nutribili liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, in 4.

De Alchymia liber. Extat cum Veræ Alchymiæ aliquot scriptoribus, à *Gul. Gratarolo* collectis, Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol, pag. 78, tomi II. & Theatri Chemici vol. secundo, pag. 459, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

Scriptum super Arborem Aristotelis. Extat cum Veræ Alchymiæ scriptoribus, Basileæ, apud Henr. Petri, 1516, in fol, pag. 102.

De Mineralibus & rebus metallicis libri quinque, repurgati & recens publicati per *M. Gualtherum H. Riff.* Argentorati, apud Balthazar. Bek, 1541, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 125.

De Concordantia Philosophorum in Lapide Philosophico. Compositum de Compositis. Liber octo Capitulorum de Lapide Philosophorum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

De Memoria & Intellectu libri duo. Venetiis, apud hæredes Octav. Scoti, 1517, in fol.

De Secretis Mulierum libellus, cum Scholiis. Antverpiæ, apud viduam Martini Cæsaris, 1538, in 8. Cum ejusdem de Virtutibus herbarum, Lapidum, & Animalium quorundam libellis. Item, de Mirabilibus Mundi, ac de quibusdam affectibus causatis à quibusdam animalibus. His accessit de Falconibus, Asturibus, & Accipitribus opusculum. Lugduni, 1596, in 24. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1615, in 12. Huic accessit ob materiæ similitudinem Michaelis Scoti de Secretis naturæ opusculum.

ALBERTI NOVOCAMPIANI

Annotationes in Fabricationem hominis à Cicerone lib. II de

de Natura Deorum descriptam. Dissertatio utrum Cor an Iecur in formatione fœtus consistat prius. Item Oratio de Laude Physices. Cracoviæ, apud Lazarum Andreæ, 1551, in 8.

ALBICI, *Archiepiscopi Pragensis*

Praxis medendi. Regimen Sanitatis. Regimen Pestilentiæ. Lipsiæ, apud Marcum Brandt, 1484, in 4.

ALBVCASÆ, *Arabis*

Methodus medendi certa, clara, & brevis, pleraque quæ ad Medicinæ partes omnes, præcipue quæ ad Chirurgiam requiruntur, lib. III exponens. Cum instrumentis ad omnes fere morbos, utiliter, & γραφικῶς depictis. Adjecti sunt: Rolandi lib. IV, in quibus ordine, & judicio singulari fideliter tradit rationem medendi morbis interiorum, & exteriorum partium humani corporis. Rogerii liber breviter perstringens quidquid de omnium venarum phlebotomia scire bonum Medicum oportet. Constantini Aphricani de Humana natura lib. I. Item ejusdem de Elephantia lib. I. Et de Remediorum ex animalibus materia lib. I. Antonii Gazii quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant, lib. I. Basileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol.

ALCADINI, *Siculi*

De Balneis Puteolanis Carmen. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 203.

ALCANAMOSALI, *seu* CANAMVSALI, *de Baldach, Armenici*

De Passionibus Oculorum liber. Extat cum Chirurgia Guidonis, aliorumque. Venetiis, apud Andr. Asulan. 1499, in fol.

ALCHINDI

De Medicinarum compositarum gradibus investigandis libellus. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Lugduni, apud Ioa. Mareschallum, 1584, in 8.

ALCINOI, *Platonici*

De Corpore, membrisque hominis, atque animæ viribus caput: & alterum de Causis morborum, extant lib. de Doctrina Platonis, qui Græce & Latine editus est Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, 1532, in 8.

ALEARDI de INDEMONTIBVS, *Veronensis*

De Balneis Calderii libellus. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 141, facie aversa.

De Virtute Balneorum Calderianorum. Ibidem, pag. 289, facie aversa.

ALEXANDRI ACHILLINI, *Bononiensis*

In Mundini Anatomiam Annotationes. Extant cum Ioa. de Ketam praxi, Fasciculus medicinæ inscripta. Venetiis, apud Cæsarem Arrivabenum, 1522, in fol.

De Subjecto Medicinæ, cum Annotationibus Pamphili Montii. Venetiis, apud Hieron. Scotum, 1568, in fol. cum reliquis ejus Operibus.

ALEXAN-

ALEXANDRI ALEXII

Consilia medica, & Epitome Pulsuum: in quibus Methodus accurata cum Praxi Theorica conjungitur. Patavii, apud Gaspar. Crivellarium, 1627, in 4.

ALEXANDRI APHRODISEI

De Febrium causis, & differentiis opusculum, à *Georgio Valla, Placentino* latinitate donatum. Basileæ, apud Rob. Winter, 1542, in 8.

Problematum Sectiones quinque, per *Georgium Vallam, Placentinum* in latinum translatæ. Extant cum Expositionibus Petri de Apono in Aristotelis Problemata, aliisque. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1519, in fol. Et cum iisdem, *Georgio Merula* interprete, interjectis sparsim Scholiis vel testimoniis aliorum Autorum. Parisiis, 1520, in fol.

ALEXANDRI BENEDICTI, *Veronensis*

De re medica opus insigne, & apprime Medicinæ candidatis utile, hoc ordine digestum. De omnium à vertice ad plantam morborum signis, causis, differentiis, judicationibus, & remediis, tam simplicibus, quam compositis, lib. xxx. De Medici & ægri officio Aphorismorum lib. 1. De Pestilentiæ causis, præservatione, & auxiliorum materia, lib. 1. Humani corporis anatome tractata lib. v. Venetiis, apud Lucam Anton. Iuntam, 1535, in fol. Basileæ, apud Henr. Petri, 1539, in 4. 1549, 1572, in fol. ex emendatione *Marci Hoperi.*

Anatomice, sive de historia corporis humani libri quinque. Adjectum est huic opusculum Georgii Vallæ Placentini ejusdem rei, sive argumenti. Basileæ, apud Eucharium, 1527, in 8. Argentorati, apud Ioa. Hervagium, 1528, in 8. & Parisiis, apud Henr. Stephanum, 1514, in 4. Vtrique additis ejusdem Collectionum medicinalium, seu Aphorismorum libro: Aphorismis Damasceni: & Hippocratis Iurejurando.

De Pestilenti febre liber. Papiæ, apud Bernardin. de Haraldis, 1516, in fol. cum Angeli Bolognini, Ioa. Almenar, Dominici Massarii, aliorumque operibus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1538, in 8. una cum I. Schilleri ejusdem argumenti libello.

ALEXANDRI CARERII, *Patavini*

Quæstio, An metalla artis beneficio permutari possint. Patavii, apud L. P. 1579, in 4, & cum Caroli Witestein Disceptatione de Quinta Chymicorum Essentia. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1583, in 8.

ALEXANDRI FONTANÆ, *Mutinensis*

De Morbo Gallico quæstiones. Extant Operis de Morbo Gallico, tomo 1, pag. 610. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1596, in fol.

ALEXANDRI MASSARIÆ, *Patavini*

Opera Medica: quibus methodus ac ratio cognoscendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque

que

que Hippocratis & Galeni mentem vere optimeque instituitur. Subjiciuntur tractatus quatuor utilissimi, de Peste, de Affectibus Renum & Vesicæ, de Pulsibus, & de Vrinis: Consilium pro febre Catarrhali cum totius macie, ventriculi imbecillitate, mesenterii obstructione, mœstitia & vigiliis: Liber Responsorum & Consultationum medicinalium. Accedunt postremo loco Disputationes duæ, una de Scopis mittendi sanguinem, altera de Purgatione in principio morborum, quam excipit Additamentum Apologeticum ad priorem. Lugduni, apud Petrum Drobet, & Ioan. Huguetam, 1634, in fol.

Practica medica, seu Prælectiones Academicæ, continentes Methodum ac rationem cognoscendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem vere optimeque institutam in antiquiss. & celeberr. Patavino Gymnasio habitæ: &c. Lugduni, apud Laurent. Durand, 1616, 1622, in 4. Adjectis tractatibus quatuor: I, De Peste. II, De affectibus Renum & Vesicæ. III, De Pulsibus. IV, De Vrinis. Et pro exemplo annexo Consilio de Febre Catarrhali cum totius macie, mesenterii obstructione, mœstitia, & vigiliis. Tarvisii, apud Societ. Venetam, 1606, in fol. Francof. apud hæred. Nicol. Bassæi, 1608, in 4.

Prælectiones de Morbis mulierum, conceptus, & partus. Lipsiæ, apud Abrah. Lambergum, 1600, in 8.

Liber Responsorum, & Consultationum medicinalium. In quo methodo accuratissimâ cum Praxi Theorica conjungitur per Consultationes, quæ hactenus haberi potuerunt, unam & viginti, ratioque causas, & morborum naturas in individuo indagandi traditur, iisdemque cibis ac medicamentis occurrendi modus, quantum per humanas vires aut liceat, vel per artis industriam fieri possit, quasi intento digito demonstratur. Venetiis, apud Trivisanum Bertolottum, 1613, in fol.

Disputationes duæ, quarum prima de Scopis mittendi sanguinem, cum generaliter, tum specialiter in febribus: altera, de Purgatione in morborum principio. Vincentiæ, 1598, in 4. Lugduni, apud Laur. Durand, 1622, in 4. cum Additamento Apologetico ad priorem.

De Abusu medicamentorum Vesicantium, & Theriacæ in febribus pestilentibus disputatio. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1591, in 4.

De Abusu medicamentorum Vesicantium disputatio secunda apologetica ad librum Herculis Saxoniæ de Phœnigmis. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1593, in 4.

De Peste libri duo. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1579, in 4.

ALEXANDRI PANTII

Consilium de Læsione motus digitorum, & Macie brachii sinistri.

finiſtri. Extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Santorium, 1605, in 4, pag. 326.

ALEXANDRI PECCANÆ, *Veronenſis*

De Chrondro & Alica libri duo. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1627, in 4.

ALEXANDRI SEITZ

Declamatio in laudem artis medicæ, cum refutatione caſtitatis votum arrogantium. Baſileæ, 1524, in 4.

Tabulæ duæ curationum morborum Stomachi, & Epatis. Argentinæ, apud Matthiam Apiarium, 1534, in fol.

ALEXANDRI à SVCHTEN

De Secretis Antimonii liber unus, in latinum ſermonem è Germanico tranſlatus per *M. Forbergium Myſium*. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1575, in 8.

ALEXANDRI TRAIANI PETRONII, *Citacaſtellani*

De Victu Romano. Romæ, apud Populum Romanum, 1581, in fol.

Propoſita, ſeu Aphoriſmi medicinales CXLIX. Venetiis, apud Bernardinum Venetum, 1535, in 8.

De Morbo Gallico lib. VII. Extant tomo II, Operis de Morbo Gallico, pag. 1. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in fol.

ALEXANDRI TRALLIANI, *Iatroſophiſtæ*

Libri Medicinales XII. Ex Bibliotheca Regia. Cum Rhazæ de Peſtilentia libello ex Syrorum lingua in Græcam tranſlato. Iacobi Goupyli in utrumque Caſtigationibus. Græce. Luteriæ apud Robertum Stephanum, 1548, in fol. Græcolatine, interprete & emendatore *Ioanne Guintherio Andernaco*. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1556, in 8. Adjectæ ſunt per eundem variæ exemplarium lectionis Obſervationes, cum Iac. Goupyli Caſtigationibus. Latine, ex *verſione barbara* cum expoſitione gloſæ interlinearis Iacobi de Partibus, & Simonis Ianuenſis in margine poſitæ. Lugduni, apud Franc. Fradin, 1504, in 4. Papiæ, 1520, in 8. Ex verſione *Albani Torini*, Baſileæ, apud Henr. Petri, 1533, 1541, in fol. Ex *Ioa. Guintherii Andernaci* interpretatione, Argentinæ, apud Remig. Guidonem, 1540, in 8. apud Henr. Stephanum, 1576, in fol, cum Medicis Principibus. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1560, in 16

Epiſtola de Lumbricis, ex antiquiſſimo codice Vaticanæ Bibliothecæ. Extat Græce, & Latine reddita ab *Hier. Mercuriali*, cum ejuſdem Variarum Lectionum libris, Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1570, in 8. & ejuſdem de Puerorum morbis tractatu, Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1584, in 8.

Excerpta de Balneis extant p. 481, Operis Ven. de Balnei

De Febribus liber extat Operis Veneti de Febribus pag. 4

ALEXANDRI de VICENTINIS

De Calore per motum excitato, atque de Cœli influxu

ſubl

ſublunaria. Veronæ, apud Bartholomæum Merlum, 1634, in 4. Huic acceſſerunt: Epiſtola, ſitne eorum, quæ ex putri, mucoſaque materia, & eorum, quæ ex ſemine derivata fluxere, ſpecies eadem. &, De foco putridarum Febrium continuarum Apologia pro Galeno.

ALEXANDRINI

Commentarius in Librum Galeni de Sectis, extat tomo I Operum Galeni tranſlationis barbaræ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1505, in fol. regali.

ALEXIDIS GAUDINI

Epiſtolæ, ſeu Diſputationes duæ ad Laur. Ioubertum, de Iteranda ſæpius phlebotomia. Extant cum Operibus Iouberti tomo II, pag. 136. edit. Francofurt. apud hæred. Andr. Wecheli, 1599, in fol.

ALEXII PEDEMONTANI

De Secretis libri ſeptem, à *Io. Iac. Weckero* ex Italico in Latinum converſi, & multis bonis Secretis aucti, diligentiuſque caſtigati. Acceſſit ejuſdem Weckeri opera, octavus de artificioſis Vinis liber. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1563, in 8: apud Ludov. Koningh, 1603, in 8.

ALGUAZIR ALBULEIZOR

De Curatione Lapidis. Extat inter ſpurios Galeni libros. & cum parvis Razis opuſculis, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

ALOISII ALBERTI, *Patavini*

De Nutritione, Augmento, & Generatione, Diſputationes. In quibus Ariſtoteles defenditur adverſus Galenum. Venetiis, apud Variſcos, 1627, in 4.

ALOISII BELLOCATI, *Brixiani*

Conſultationes aliquot pro variis affectibus, extant in opere Conſiliorum Io. Bapt. Montani à *Ioa. Cratone* edito Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Aliæ præterea extant cum Victoris Trincavellii Conſiliorum Opere.

ALOISII CORNARI

De Vita Sobria. Patavii, apud Gratioſum Perchachinum, 1561, in 8.

ALOISII LOBERÆ, *Abulani*

De Morbo Gallico tractatus, ex libro Aulicarum quatuor ægritudinem erutus, atque ex Hiſpano accuratiſſime Latinus factus. Extat tomo I operis de Morbo Gallico, pag. 321. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in fol.

ALOISII LUISINI, *Utinenſis*

De compeſcendis animi affectibus, per Moralem Philoſophiam, & Medendi artem, in tres libros diviſus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

Aphoriſmi Hippocratis Hexametro carmine conſcripti. Venetiis, apud Iuntas, 1552, in 8. Quæſtio-

Quæstiones de Balneis, extant opere de Balneis, pag. 200, facie aversa.

ALOISII MVNDELLÆ, *Brixiani*

Theatrum Galeni, hoc est, universæ Medicinæ, à Galeno diffusæ sparsimque traditæ Promptuarium. Quo vel Indicis loco in omnes Galeni libros, vel Locorum communium instar in re medica Lector utetur. Basileæ, apud Euseb. Episcopium, 1568, in reg. fol. Coloniæ, apud Ioa. Gymmicum, 1587, in fol.

Dialogi Medicinales decem: in quibus multa & varia tum artis Theoremata: tum historiæ & experimenta doctissime explicantur. Tiguri, apud Froschoverum, 1551, in 4.

Epistolæ Medicinales, variarum quæstionum, & locorum insuper Galeni difficilium expositionem continentes, omnibus qui veram artem exercere voluit apprime utiles. Ejusdem Annotationes in Antonii Musæ Brasavolæ simplicium medicamentorum Examen. Basileæ, apud Mich. Isingrinium, 1543, in 4.

Epistola ad Iosephum Valdanium, qua tractatur Quæstio, utrum in lienis affectibus secanda sit vena, quæ est ad annularem digitum sinistræ manus. Patavii, apud Petrum Anton. Alciatum, 1567, in 8.

ALOISII TOREI

De natura & curatione febris puncticularis. Valentiæ, 1591, in 8.

ALOISII TRISSINI, *Vicentini*

Problematum Medicinalium libri sex, ex Galeni sententia. Basileæ, apud Mich. Isingrinium, 1547, in 8: apud Iac. Parcum, 1548, in 8. Patavii, apud Franc. Bolzetam, 1629, in 8.

ALOISII VARESII

Consilia medica extant eo in opere, quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartoriũ, 1605, in 4.

ALPHONSI, *Regis Castellæ*

Liber Philosophiæ occultioris, præcipue metallorum, profundissimus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

ALPHONSI BAROCCII, *Ferrariensis*

Lectionum de Febribus liber primus, qui est de Febre generatim. Nunc primum opera *Ioannis Libioli, Ferrariensis* exceptus, ac editus. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1606, in fol.

ALPHONSI BERTOCII, *Fanensis*

Methodus Curativa generalis & compendiaria: ex Hipp. Gal. Avic. & Montani Placitis, in Medicinæ studiosorum gratiam descripta. Lugduni, apud Gabr. Coterium, 1558, in 16: apud Iac. Fabrum, in 8. Huic edit. adjecta est Iac. à Partibus Summula Alphabetica morborum ac remediorum ex libris Mesuæ excerpta. Ibidem, apud Ant. Candidum, 1588, in 8. Francof. apud Ioa. Saurium; 1608, in 8. Accesserunt Ideæ doctrinæ Hippocra-

ticæ: I, de generatione Pituitæ: II, de Melancholico humore: III, de Coctione, & præparatione humorum: IV, de Victus ratione, autore Ioa. Bapt. Montano. & Ibidem, apud Ioa. Carol. Vnckelium, 1621, in 8. cum iisdem tractatibus.

ALPHONSI à CARRANZA, *Hispani*

Tractatus novus & accuratissimns de Partu naturali, & legitimo: ubi Controversiæ Iuridicæ, Philologicæ, Philosophicæ, Medicæ discutiuntur, ad Fori usum & Praxim: de Partus conceptione, formatione: de Fœtu in utero: de Posthumis: de Conditione partus, Expositione, Suppositione, Ventre exsecto: Tempore partus vario (ubi & de Anni computatione prolixe agitur) Abortivo, Monstruoso, Numeroso partu, Superfœtatione, Generatione Succubis. Cui propter Argumenti similitudinem additæ sunt Exercitationes Caroli Annibalis Fabroti Antecessoris Aquis-Sextiensis, de Tempore humani partus, & de Numero puerperii. Sumptibus Ioa. de Tournes, & Iacobi de la Pierre, 1629, in 4.

ALPHONSI DACA, *Hispani*

De ratione cognoscendi causas, & signa tam in prospera, quam adversa valetudine Vrinarum, deque earum necis indiciis, & prænunciationibus, lib. tres. Nonnulla etiam de Febribus, & Diebus decretoriis. Hispali, apud Alfonsũ de la Barera, 1577, in 4.

ALPHONSI FERRII, *Neapolitani*

De Sclopetorum, sive Archibusorum vulneribus lib. tres. Corollarium de sclopeti, ac similium tormentorum pulvere. De Caruncula, sive Callo, quæ cervici vesicæ innascuntur, opusculum. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1553, in 4. Antverpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum aliis. Tiguri, apud Gesneros, 1555, in fol. Cum Chirurgiæ scriptoribus.

De Morbo Gallico, Ligni Sancti natura, usuque multiplici libri quatuor. Extant tomo I pag. 347 operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1566, in fol.

ALPHONSI à IVBERA

Reformatio omnium medicamentorum, quæ in Pharmacopoliis usui esse solent. Vallesoleti, apud Did. Ferdinand. 1578, in 8.

ALPHONSI LVPEI, *Curelcani*

Annotationes in omnia Galeni opera. Matriti, 1582, in 4.

Catalogus Auctorum, qui post Galeni ævum & Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ, 1589, in 12.

De Morbo pustulato liber. Valentiæ, 1581, in 4.

Enchiridium Medicum. Valentiæ, 1581, in 16.

ALPHONSI MORESCOTTI

Compendium Medicinæ totius, in quo de Complexionum arcanis indiciis, morborum præcipuorum causis, prognosticis, & signis, deque Fabrica Receptorum breviter tractatur. Additis formulis remediorum Petri Gorræi. Francof. apud Christ. Corvinum, 1583, 1588, in 12. Herbornæ Nassoviorum, 1604, in 12.

ALPHON-

ALPHONSI RODERICI GVEVARA

De Re Anatomica liber. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1592, in 4.

ALPHONSI de SANTACRVCE

Dignotio, & cura affectuum melancholicorum. Matriti, apud Thomam Iuntam, 1622, in fol.

ALSAHARAVII

Liber Theoricæ, nec non Practicæ, jam summa diligentia & cura depromptus in lucem per *Paulum Ricium*. Augustæ Vindel. apud Sigismundum Grimanum, 1519, in fol.

ALVARI NONNII, *Hispani*

Annotationes ad lib. duos Francisci Arcæi de Recta curandorum Vulnerum ratione, cum iisdem excusæ sunt Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1574, in 8.

AMANDI POLANI *à Polansdorff*

Epistolæ binæ medicæ, quarum altera quæritur, liceatne Chirurgo salva conscientia fœtum educere viventem è matre, ut hanc servet. Extant. cum Guil. Fabr. Hildani Cent. 1 Epistol. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 265, 270.

AMATI LVSITANI

Curationum Medicinalium Centuriæ septem, varia multiplicique rerum cognitione refertæ. Quibus præmissa est Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem. De Crisi, & Diebus Decretoriis. Burdigalæ, apud Gilbertum Vernoy, 1620, in 4. Venetiis, apud Constantinum, 1557, in 8. Lugduni, apud Rouillium, 1560, in 16. Ex his seorsim edita est

Centuria prima. Cui eadem commentatio de Introitu ad Ægrotantem, & Criseon tractatio præmissa est. Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. &

Centuria secunda. Quæ methodum & canonem propinandi decoctum radicis Cynarum locupletius describebat. Venetiis, apud Valgrisium, 1552, in 16.

De Morbo Gallico, & Gallica Scabie Epistolæ duæ, ex Centuria prima Medicinalium curationum excerptæ. Necnon de Methodo propinandi Chynæ ex Centuria secunda excerpta. Extant tom. 1, pag. 560, Operis de Morbo Gallico, Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1566, in fol.

In Dioscoridis Anazarbæi de Medica materia libros quinque Enarrationes eruditissimæ. Quibus etiam tum simplicium medicamentorum nomenclaturæ Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hispanicæ, Germanicæ, & Gallicæ proponuntur: tum errores aliorum omnium, qui ad hanc usque diem de hac materia scripserunt, improbantur. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1557, in 4: apud Valgrisium, 1553, in 8. Argentinæ, apud Rihelium, 1565, in 4. Lugduni, apud viduam Balthaz. Arnoleti, 1558, in 8: apud Matth. Bonhomme, 1558, in 8: cui editioni accessere insuper

Roberti Constantini Annotationes, & simplicium picturæ ex Fuchsio, & Dalechampio mutuatæ.

Exegemata in priores duos Dioscoridis de Medica materia libros, nomine *Io. Roderici Castelli-Albi* editi fuerunt, Antverpiæ, apud viduam Martini Cæsaris, 1536, in 4.

AMBROSII LEONIS, *Nolani*

Opus quæstionum tum aliis plerisque in rebus, cum vero maxime in Philosophia, & Medicina. Venetiis, 1523, in 4.

AMBROSII NONNII, *Lusitani*

Commentaria in tres libros Aphorismorum Hippocratis. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1600, in fol.

AMBROSII PARÆI

Opera, à *Iac. Guillemeau* elimata, novis Iconibus elegantissimis illustrata, & latinitate donata. Parisiis, apud Iacob. Dupuys, 1582, in fol. Francof. apud Iac. Fischerum, 1612, in fol. apud Feirabendium, cum novis iconibus, 1593, in fol.

Sunt autem his operibus contenta.

Introductio, seu via ad Chirurgiam compendiaria.
Lib. I. De Animantibus, & Hominis præstantia.
II. De Humani corporis Anatome.
III. De Partibus Vitalibus in Thorace contentis.
IV. De Partibus Animalibus in Capite positis.
V. De Musculis, & Ossibus, aliisque corporis extremis partibus.
VI. De Tumoribus contra naturam in genere.
VII. De Tumoribus contra naturam particularibus.
VIII. De Vulneribus in genere.
IX. De recentibus, & cruentis singularum partium vulneribus.
X. De Vulneribus Sclopo, aliisque igniariis machinis, & telorum omni genere illisis.
XI. De Contusionibus, & Gangrænis.
XII. De Vlceribus, Fistulis, & Hæmorrhoidibus.
XIII. De Fasciis.
XIV. De Fracturis.
XV. De Luxationibus.
XVI. De plerisque partium præter naturam affectionibus, quarum curatio manu fere perficitur.
XVII. De Arthritide.
XVIII. De Lue venerea, & his, quæ per eam contingunt, symptomatis.
XIX. De Infantium Variolis, seu Morbillis, Ecchymatibus nempe & Exanthematibus: Itemque de Vermibus, & Elephantiasi.
XX. De Venenis, deque rabiosorum canum, & Venenatorum animantium morsu ac puncturis.
XXI. De Peste.
XXII. De Eorum, quæ seu Natura, seu ex Eventu desunt reparandorum artibus.

XXIII. De

xxiii. De Hominis generatione.
xxiv. De Monstris, & Prodigiis.
xxv. De simplicium medicamentorum facultatibus, unaque de eorum compositione, & usu.
xxvi. De Destillationibus.
Tractatus de Renuntiationibus: & Cadaverum Embammatis.

ANASTASII

De ratione victus salutaris post incisam venam & emissum sanguinem Epigramma. Extat cum Schola salernitana, Antverpiæ, apud Ioa. Withagium, 1562, in 16.

ANATOLII

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν, seu de Re rustica selectorum lib. xx Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. *Io. Alex. Brassicani* opera in lucem editis, Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, *Iano Cornario interprete*, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina capita aliquot extant in iisdem de Re rustica libris, lib. xvi, & seqq. & inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce quidem, Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione *Ioa. Ruellii*, Basileæ, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

ANDREÆ ALCAZARIS, *Guadalaxarensis*

Chirurgiæ libri sex. In quibus multa Antiquorum, & Recentiorum subobscura loca hactenus non declarata interpretantur. Salmanticæ, apud Dominicum à Portonariis, 1575, in fol.

De Vulneribus Capitis liber. Salmanticæ, 1582, in fol.

ANDREÆ AVRIFABRI, *Vratislaviensis*

Succini historia. Regiomonti, 1557, in 8.


Annotationes in Phæmonis Philosophi libellum De Cura Canum. Wittenbergæ, apud Ioannem Lufft, 1545, in 8.

ANDREÆ BACCII, *Elpidiani*

De Thermis libri septem. Opus locupletissimum, non solum Medicis necessarium, verum etiam studiosis variarum rerum naturæ perutile. In quo agitur de universa aquarum natura, deque earum differentiis omnibus, ac Mistionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis. De terrestris Ignis natura, nova tractatio. De fontibus, fluminibus, lacubus, de balneis totius orbis, & de Methodo medendi per balneas: deque lavationum simul atque exercitationum institutis in admirandis Romanorum thermis. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1571, & 1588, in fol. Romæ, apud Iacobum Mascardum, 1622, in fol.

De Balneis oppidi Bergomatis Transcheri, seorsim cum consimilis argumenti libris. Bergomi, 1583, in 4.

De naturali Vinorum historia, de vinis Italiæ, & de conviviis Antiquorum, libri vii. Accessit de Factitiis, ac Cerevisiis, deque Rheni, Galliæ, Hispaniæ, & totius Europæ vinis, eorumque usu,



compendiosa tractatio. Romæ, 1596, in fol. Francof. apud Nicol. Steinium, 1607, in fol.

De Gemmis ac Lapidibus pretiosis, eorumque viribus, & usu, Tractatus, Italica lingua conscriptus: nunc vero non solum in Latinum sermonem conversus, verum etiam utilissimis annotationibus & observationibus auctior redditus, à *Wolfgango Gabelchovero*. Cui accessit disputatio, De generatione auri in locis subterraneis, illiusque temperamento. Francofurti, apud Matthiam Beckerum, 1603, in 8.

De Magna Bestia Alce, Germanis Elendt nuncupata, ejusque proprietatibus liber: ex Italico *Wolfgangi Gabelchoveri* opera latinus factus. Stutgardiæ, in 8.

De Cornu Monocerotis liber, ex Italica in linguam Latinam conversus ab *Andrea Marino*, & Venetiis, 1566, in 4. editus. deinde vero à *Wolfgango Gabelchovero* latinus factus. Stutgardiæ, in 8.

De Venenis, & Antidotis προλεγόμενα, seu communia præcepta ad humanam vitam tuendam saluberrima. In quibus definitiva Methodus Venenorum proponitur per genera, ac differentias suas, partes, & passiones, præservandi modum, & communia ad eorum Curationem Antidota complectens. De Canis rabiosi morsu, & ejus curatione. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1586, in 4.

Tabula Simplicium medicamentorum. Romæ, apud Iosephum de Angelis, 1577, in 4.

Epistola ad Marcum Oddum de Dignitate Theriacæ. Et altera ad Antonium Portum, Quænam ratio sit Viperinæ carnis in Theriaca. Vtraque extat cum opere Marci Oddi de Componendis medicamentis, & aliorum dijudicandis. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

ANDREÆ BERTHOLDI, *Oschacensis*

Terræ sigillatæ, nuper in Germania repertæ, vires atque virtutes admirandæ, ejusque administrandæ, ac usurpandæ ratio. Misniæ, apud Christoph. Rab, 1583, in 4.

ANDREÆ de BLAVEN

Epistola ad Petr. Andr. Matthiolum, de multiplici auri potabilis parandi ratione. Extat lib. IV Epistolarum Matthioli, p. 514.

ANDREÆ BRENTII, *Patavini*

Commentarii in Hippocratis de Insomniis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

Variarum Philosophorum sententiarum perveniendi ad Lapidem benedictum Collectanea: Extant Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

ANDREÆ CAMVTII

Excussio brevis præcipui morbi, nempe Cordis palpitationis Maximiliani II Cæsaris invictissimi, simul ac aliorum aliquot virorum

virorum illustrium præter naturam affectum. Florentiæ, apud Georg. Marescotum, 1578, in 8.

ANDREÆ CÆSALPINI, *Aretini*

Κάτοπτρον, sive speculum artis medicæ Hippocraticũ: spectandos, dignoscendos, curandosque exhibens universos, tum universales, tum particulares totius corporis humani morbos, in quo multa visuntur, quæ à præclarissimis quibusque Medicis intacta prorsus relicta erant arcana. Francof. apud Lazarum Zetznerum, 1605, in 8. Venetiis, apud Societatem Venetam, 1606, in 4.

De Plantis, lib. XVI. Florentiæ, apud Georg. Marescottum, 1583, in 4.

De Metallicis, lib. tres. Noribergæ, apud Conr. Agricolam, 1602, in 4.

Quæstionum medicarum lib. duo. De Medicamentorum facultatibus lib. duo. Extant cum Quæstionibus Peripateticis, & Peripatetica Dæmonum investigatione. Venetiis, apud Iuntas, 1593, in 4.

ANDREÆ CHIOCCI, *Veronensis*

Quæstionum Philosophicarum, & Medicarum lib. tres. Veronæ, apud Hieron. Discipulum, 1594, in 4.

Psoricon, seu de Scabie libri duo; in quibus de contagii natura, syderum vi, & Thermis Calderianis agitur, carmine ab auctore conscripti. Veronæ, apud Hier. Discipulum, 1593, in 4.

Commentarius quæstionum quarundam de febre mali moris, & de morbis epidemicis. Item, Disputatio de sectione venæ in obstructione ab humorum qualitate. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4.

De Collegii Veronensis illustribus Medicis, & Philosophis, qui vel scribendo, vel publice profitendo Collegium, Patriam, & bonas literas illustrarunt, ex quorum moribus, & institutis, præceptisve perfecta optimi Medici Idea colligi potest. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1623, in 4.

ANDREÆ CHRISTIANI, *Ripensis*

Enchiridion medicum de cognoscendis curandisque externis, & internis humani corporis morbis: ex Vict. Trincavellii prælectionibus de compositione medicamentorum, atque morbis particularibus confectum. Basileæ, apud Oporinum, 1583, in 8. apud Ludov. Koning, 1607, in 8.

ANDREÆ CORVI

Chiromantia. Extat cum Barth. Coclitis Physiognomiæ Compendio. Argentorati, 1533, in 8.

ANDREÆ COMMINTII

De Acidulis Schwalbacensibus Epistola extat cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 76.

ANDREÆ DVDITHII *ab Horecoviza*

Epiſtolæ variæ & inſignes Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ANDREÆ ELLINGERI

Hippocratis Aphoriſmorum, id eſt, Selectarum maximeque ratarum Sententiarum Paraphraſis Poëtica. Francof. apud Andr. Wechelum, 1579, in 8. Accedunt Cornelii Celſi aliquot Aphoriſmorum Hippocratis converſio latina. Morborum, & Symptomatum in Aphoriſmis Index. Oratio in Aphoriſmos Hippocratis.

Hippocratis Prognoſticorum Paraphraſis Poëtica. Cum Corn. Celſi aliquot Hipp. Prognoſticor. verſione latina. Ibidem, apud eundem, anno, formaque iiſdem.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

ANDREÆ GALLI, *Tridentini*

Faſcis de Peſte, Peripneumonia peſtilentiali, cum ſputo ſanguinis, febre peſtilentiali, ac de quibuſdam ſymptomatis, in quinque faſciculos digeſtus. Brixiæ, apud Ioa. Bapt. Bozalam, 1565, in fol.

Homo afflictus & jacens; in quem Aſtra, elementa, meteora, impreſſioneſque meteorologicæ; quales ſunt: Aër corruptus, Aquæ ſubterraneæ, &c. quinetiam ipſiuſmet proprii corporis humores vitiati, conſpirant, mugiunt, ſæviunt, funeſtamque important Peſtem. Divino prævio auxilio, atque gratia, ſublevatur, venenumque Peſtis atrociſſimum præcavetur, curatur, eradicatur, variaque ejus ſymptomata reſecantur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1608, in 8.

Conſilia Medica extant eo in opere Conſiliorum, quod Laurentius Scolzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ANDREÆ GRATIOLI, *Salodiani*

Avicennæ liber primus de Vniverſalibus medicæ ſcientiæ præceptis, interpretatione, & Scholiis Hippocratis ac Galeni præcipua loca commonſtrantibus illuſtratus. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1580, in 4.

ANDREÆ GRVTINII

Solus Philoſophus, ſive novæ medicinæ, & chymicæ compendioſa refutatio lib. II comprehenſa. Patavii, apud Petrum Marinellum, 1591, in 4.

ANDREÆ HILDEBRAND

De generatione calculi, de Cornu cervino, de Hæmorrhagia, de Gutta gamandra Epiſtolæ, extant cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 421.

AN-

ANDREÆ KRAGII, *Ripensis*

Laurea Apollinea Monspeliensis: contexta & conserta quæstionibus difficilimis XIII: Problematibus paradoxis variis LXVI: Consultatione & curatione morborum II: Orationibus IX: Prælectionibus II. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petrum, 1587, in 4.

ANDREÆ KRVGII

Epistolæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi, edita Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ANDREÆ LACVNÆ, *Secobiensis*

Epitome Galeni Pergameni Operum, in quatuor partes digesta, pulcherrima methodo universam illius viri doctrinam complectens. Adjectis Galeni vita,& de Ponderibus ac mensuris libello. Basileæ, apud Isingrinum, 1551, in fol. Argentorati,apud Zetznerum, 1609, in fol.

Epitome omnium rerum & sententiarum, quæ annotatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant, in Elenchum minime pœnitendum digesta. Cui accessere nonnulla Galeni Enantiomata summo studio collecta. Lugduni, apud Guliel. Rouillium, 1554, in 8.

Galeni de Antidotis Epitome. Extat cum Ægidii Everarti, de Herba Panacea commentariolo. Antverpiæ, apud Ioan. Bellerum, 1587, in 16.

Anatomica methodus,seu de sectione humani corporis contemplatio, in compendium atque adeo enchiridion redacta: ubi quidquid boni succulentive probatissimi quique philosophorum de ea scripserunt, appositissime congestum reperias. Parisiis, apud Ludovicum Cyaneum, 1535, in 8.

Annotationes in Dioscoridem Anazarbeum, juxta vetustissimorum codicum fidem elaboratæ. Lugduni, apud Rouillium, 1555, in 16.

Ex Commentariis Geoponicis, sive de Re rustica, olim Divo Constantino Cæsari adscriptis, octo ultimi libri,sed qui primis dignitate antecellunt, utpote in quibus miro quodam ordine & artificio, animalium fere omnium naturæ,moresque & modi quibus ea educari conveniat, accuratissime exaggerantur: nunc demum ad fidem vetustissimorum codicum ex Græcis Latini facti. Accedunt etiam eis quædam castigationes in translationem eorundem librorum, per Ianum Cornarium editam. Coloniæ,apud Ioannem Aquensem, 1543, in 8.

Epistola Apologetica ad Cornarium. Lugduni, apud Rouillium, 1554, in 8.

Compendium curationis præcautionisque morbi passim populariterque grassantis: hoc est, vera & exquisita ratio noscendæ, præcavendæ, atque propulsandæ febris pestilentialis. Argentorati,apud Rihelium, 1542, in 8.

De Caruncula in collo vesicæ nata, novo invento extirpanda. Romæ, apud Valer. & Aloisium Doricos, 1551, in 8.

Victus ratio, Scholasticis pauperibus paratu facilis, & salubris. Adjectus quoque est libellus de Victus, & exercitiorum ratione maxime in senectute observanda. Coloniæ, apud Henricum Mameranum, 1550, in 8.

De Articulari morbo Commentarius. Cui accessit, Tragopodagra Luciani, juxta fidem exemplarium Græcorum in Latinam linguam conversa. Romæ, apud Valerium & Aloisium Doricos, 1551, in 8.

ANDREÆ LAVRENTII

Historia Anatomica Humani corporis, & singularum ejus partium, multis controversiis, & observationibus notis illustrata. Parisiis, apud Iannetum Mettayer, 1600, in reg. fol. Francof. apud fratres Bryanos, 1600, in fol.

Operum tomus alter. Continens scripta Therapeutica decem, nimirum Tractatum de Crisibus: Mirabili strumas sanandi vi: Nobilitate visus, ejusque conservandi ratione: Melancholia, lib. duobus absolutum: Senectute: Morbo Articulari: Lepra: Lue Venerea. Ejusdem Annotationes in Artem Parvam Galeni: & Consilia Medica. Francof. apud Guil. Fitzerum, 1621, in fol.

De Crisibus libri tres. Adjecta est universalis quædam Methodus ad prognosin, & crises omnium morborum, sed præcipue acutorum conferens. Francof. apud Palthenium, 1596, in 8.

ANDREÆ LEMNII

Epistola, quæ urinæ studium, & ex ea morborum prævidentiam, ut quæ sit aptior servandæ sanitati, commendat. Præfixa est Actuarii de Vrinis libris.

ANDREÆ LIBAVII, *Halo-Saxonis*

Alchymia recognita, emendata, & aucta, tum dogmatibus & experimentis nonnullis, tum Commentario Medico Physico: qui exornatus est variorum Instrumentorum Chymicorum picturis; partim aliunde translatis, partim plane novis in gratiam eorum, qui arcanorum naturalium cupidi, ea absque involucris elementarium & ænigmaticarum sordium, intueri gaudent. Præmissa defensione artis, opposita Censuræ Parisianæ. Francof. apud Petrum Kopffium, 1606, in fol.

Commentariorum Alchemiæ Pars secunda, continens tractatus quosdam singulares (scilicet, I, Epitomen metallicam, qua metallorum natura declaratur, ad opus Chymicum necessariam. II, Dialogum de Mercurio Philosophorum. III, De Azotho, & aqua permanente. IV, De Lapide Philosophorum. V, Artem probandi, duobus libris comprehensam. VI, Tractatum de judicio aquarum mineralium, in tres libros distributum.) ad illustrationem eorum potissimum, quæ libro secundo Alchemiæ habentur difficiliora laborioforaque, quæque plurium simul artium adminiculo

miniculo indigent, & veluti ex multis constituta, peculiarium scientiarum dignitatem & nomen meretur. Ibidem, eodem anno, forma eadem.

Syntagma selectorum undiquaque & perspicue traditorum Alchemiæ Arcanorum. Pro III parte Commentariorum chymiæ hactenus desideratorum, insertis passim Scholiis, & commentationibus ipsis, ad penitissima hujus Philosophiæ, & Medicinæ ducentibus, conscriptum, & in IIX libros digestum. Francof. apud Petrum Kopffium, 1611, in fol.

Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, ex optimis Autoribus scriptis, impressis, experientiaque artifice collectorum, Tomus secundus. In quem congesta sunt partim nova, eaque penitiora Spagyrorum secreta, partim prioris tomi nonnulla explicatius tradita, & inter ea etiam ænigmata Quercetani, aliorumque Hermeticorum non pauca studiose investigata, declarata, & judicata. Ibidem, apud eundem, 1613, in fol.

Appendix necessaria Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, in qua præter Arcanorum nonnullorum expositionem, & illustrationem, quorundam item Medicorum Hermeticorum, & mysticorum descriptionem, continentur defensiones geminæ, primum eorum, quæ ab Henningo Scheunemanno, & juniore Gramano sunt impugnata; postea quæ in transmutatoria metallorum à Nicolao Guiberto, Lotharingo, M. D. quibus fieri potuit viribus, sunt attentata. Accesserunt I, Iudicium breve de Dea Hippocratis, seu Hygeia (argentipara) Henningi Scheunemanni, quam nuper excogitavit, & commentariis nostris valde fugitivam, deserta causa fixorum istorum quæ volaticis Galenicis opposuit infeliciter. II, Schema Medicinæ Hippocraticæ, & Hermeticæ simul, cujus rudimentum doctis censendum committitur, ut postea elaborari possit. III, Examen Philosophiæ Magicæ Crollii. IV, Censura Philosophiæ Vitalis Ioannis Hartmanni Marpurgici Professoris. V, Admonitio de Regulis novæ Rotæ, seu Harmonicæ Spheræ Fratrum de Societate Roseæ Crucis juxta Famæ editæ indicem. Ibidem, apud eundem, 1615, in fol.

Examen Philosophiæ novæ, quæ veteri abrogandæ opponitur: in quo agitur de modo discendi novo: De Veterum Auctoritate: De Magia Paracelsi ex Crollio: De Philosophia virente ex Severino per Iohannem Hartmannum: De Philosophia Harmonica Magica Fraternitatis de Rosea Cruce. Ibidem, anno formaque iisdem.

Neoparacelsica. In quibus vetus Medicina defenditur adversus περιέργματα tum Georgii Amwald, cujus liber de Panacea excutitur; doceturque quid sit Panacea, quomodo paretur, & quæ ejus vires: tum Iohannis Gramani, olim Theologi, nunc Pseudo-Chymici: qui omnes Medicos acerbissima charta est insectatus. Servata vera veræ Chymiæ laude. Francof. apud Petrum Kopffium, 1594, in 8.

Ana-

Anatome Tractatus Neoparacelsici, de Pharmaco cathartico, scripti adversus Galenicos veteris veræque Medicinæ Professores. In qua vicissim ostenditur vanitas & odiosa Neoparacelsi calumnia, & detergetur veræ Medicinæ macula. Ibidem, 1594, in 8.

Tractatus duo Physici; prior de Impostoria vulnerum per unguentum armarium sanatione Paracelsicis usitata commendataque. Posterior, de Cruentatione Cadaverum in justa cede factorum præsente, qui occidisse creditur. His accessit Epistola de Examine Panaceæ Amwaldinæ, quo apertissimæ luci prostituitur, ut quisque judicare possit, qua arte hactenus Amwaldus sit usus. Ibidem, 1594, in 8.

Rerum Chymicarum Epistolica forma ad Philosophos & Medicos quosdam in Germania excellentes descriptarum, liber primus. In quo tum rerum quarundam naturalium continentur explicationes ingeniosæ: tum Chymiæ disciplina pyronomica, sceuastica, & vocabularia cum quibusdam inter arcana habitis declarantur fideliter. Francof. apud eundem, 1595, in 8.

Rerum Chymicarum Epistolica forma ad Medicos præstantes Germaniæ conscriptarum, liber secundus. Continens Operationes Chymicas artificum præceptis, naturæ documentis & experientia declaratos, additis de physicis quibusdam & aurificio problematis jucundis: ad docendum discendumque faciliме Chymiam utiliter comparatus. Ibidem, eodem anno, & forma.

Epistolarum Chymicarum liber tertius, ad præstantes quosdam Germaniæ Philosophos & Medicos, de variis artis Chymicæ magisteriis, in usu & oblectamentum eorum, qui de naturæ, & artis arcanis, rationibusque disserere & cognoscere aliquanto exactius cupiunt, conscriptus editusque. Ibid. 1599, in 8.

Singularium Pars prima. In qua de abstrusioribus, difficilioribusque nonnullis in Philosophia, Medicina, Chymia, &c. quæstionibus, utpote de Metallorum, Succinique natura: de carne fossili, ut credita est, de gestatione cacodæmonum; veneno, aliisque rarioribus plurimis accurate differitur. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars secunda. Multa scitu jucunda, ac necessaria continens, nempe de natura cœlestium, de cometis, melle, sympathiis & antipathiis, sanguinis hausti mirandis effectibus, dentium, & cognatorum generatione, noctambulis, nyctoblepis, vagitu uterino, agno schytico, zoophytis, bestiarum intellectu, bombycum historia, sericique & cognatorum, utpote amianthi asbesti, byssi, &c. controversiis. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars tertia. Continens octo libros Bituminum & affinium, historice, physice, chymice, cum controversiis difficilimis, expositorum judicatorumque. Nunc primum in lucem edita, in gloriam Creatoris, & usum multiplicem variæ sapientiæ studiosorum, & inprimis de Petroleis, Ambra, Halosan-

tho,

tho, Succino, Gagate, Asphalto, Pissasphalto, Mumia, Terra Ampelitide, Toruenis, Lithanthrace, Lapide fissili, Lyncurio, Dactylo Idæo, Ebore fossili, Ebeno fossili, & aliis pluribus cognatis audire nova desiderantium. Ibidem, 1601, in 8.

Singularium Pars quarta & ultima, continens Historiam & investigationem fontis medicati ad Tubarim sub Rotemburgo: Libros Batrachiorum duos de natura, usu, & Chymia ranarum utriusque generis: Sectiones duas historiæ & confutationis Panaceæ, violentia Amwaldi iterum extortæ, & non tantum re gesta & rationibus, sed & experimentis infelicis curæ penitus confectæ: & tandem de Æthiopibus & Seribus duplicibus tractatiunculam: omnia ita elaborata, & jucundis, minimeque vulgaribus quæstionibus accurate explicatis exornata, ut ad philosophandum & medendum non parva rerum copia legentibus offeratur. Ibidem, 1601, in 8.

Novus de Medicina Veterum tam Hippocratica, quam Hermetica tractatus. In cujus priore parte Dogmata pleraque inter utriusque Professores recentes controversa, adversus ultimum per Ios. Michelium Paracelsistarum conatum discutiuntur; In posteriore universale Alchymistarum, autoribus Lullio, & Arnoldo, quam liquidissime exponitur. Aspersa sunt passim Peripateticorum dogmata nonnulla, & à corruptelis vindicata. Ibidem, 1599, in 8.

Variarum Controversiarum, earumque etiam subtiliorum, inter nostri temporis Philosophos & Medicos, Peripateticos, Ramæos, Hippocraticos, Paracelsicos, &c. in Scholis, & alias à Sophistis agitatarum libri duo Schediastici. Ibidem, 1600, in 8.

Praxis Alchymiæ, hoc est, Doctrina de artificiosa præparatione præcipuorum medicamentorum Chymicorum, duobus libris explicata: quorum primus de Destillatione aquarum & oleorum: de Salium & Extractorum, Quintarum Essentiarum, Aquarum Vitæ, Florum, & Balsamorum, &c. confectione: ab autore Anonymo, propria experientia conscriptus est: alter de Lapide Philosophorum agit: in quo ut recte is comparandus sit, remotis omnibus figuris & parobolis, dilucide docetur. Vterque correctus, & declaratus. Nunc ex Germanico idiomate in Latinum traductus. Annexus est Libellus Iacobi Bessoni de absoluta ratione extrahendi olea & aquas, à medicamentis simplicibus, &c. Ibidem, 1604, in 8.

Defensio & declaratio perspicua Alchymiæ transmutatoriæ, opposita Nicolai Guiberti Lotharingi Ph. Med. expugnationi virili: & Gastonis Clavei Iurisconsulti Nivernatis Apologiæ, contra Erastum male sartæ & pravæ. Ita concinnata ut facile pateat etiam vulgaribus Physicis Alchymiam ex veræ Sapientiæ, atque adeo etiam Aristotelici peripati principiis & fundamentis extructam esse, & sibi perpetuo constare, naturæ & artis experimentis,

mentis, quorum secretiora nonnulla in aperta luce ponuntur. Ibidem, 1604, in 8.

Alchymia triumphans de injusta in se Collegii Galenici spurii in Academia Parisiensi Censura: & Ioannis Riolani maniographia, falsi convicta, & funditus eversa. Opus Hermeticum, vere didacticum, (ne ἰδιωτικὸν saltem putetur) solida explicans Chymiatriæ Hippocraticæ fundamenta: De Quinta essentia, magno perfectoque Lapidis magisterio, principiis, extractis, oleis, aquis, salibus, elixyribus, &c. diligenter elaboratum. Ibidem, 1607, in 8.

De Vniversitate, & originibus rerum conditarum contemplatio singularis Theologica, & Philosophica, juxta historiam Hexaëmeri Mosaici in Genesi propositam instituta, & in VII Libros distributa. Ibidem 1610, in 4.

Epistolæ variæ medicæ & Consilia extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Theriacæ compositione: De Malitiosa Scarificatione: De fœtore puellæ singulari Epistolæ, extant cum Gregorii Horstii Observat. Medic. singul. lib. IV posterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628.

ANDREÆ de LVCHIS, *Neapolitani*

Disputatio de Metallo ex Lapide, ex tertio & quarto libro Meteororum Aristotelis. Ingolstadii, apud Davidem Sartorium, 1581, in 4.

ANDREÆ MARINI

Commentarii in Mesuem extant cum operibus ejusdem, Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1575, in fol.

ANDREÆ PLANERI, *Athesini*

De Methodo medendi liber unus. In quo habet Lector luculentum præclarissimi & longe utilissimi capitis octogesiminoni Artis parvæ Galeni commentarium, non tantum veræ Medicinæ, sed etiam naturalis Philosophiæ studiosis utilem, & jucundum cognitu. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1583, in 8.

De Methodo medendi liber secundus. In quo habet Lector luculentum præclarissimorum & longe utilissimorum Artis parvæ Galeni, 23, 24, 95, 96, 97, & 98. capitum: quibus ratio curandi morbos Organicos traditur, commentarium. Ibidem, 1585, in 8.

Methodus investigandi locos affectos, conscripta & proposita in Academia Tubingensi. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Orationes tres. Quarum prima continet explicationem definitionis artis medicæ, quæ est apud Platonem in Dialogo, qui inscribitur Symposium, sive de Amore. Altera utilitatem & summam libelli Galeni, qui inscribitur Ars parva, seu ars medicinalis, recenset.

recenset. Tertia est de Arte dialectica & Organo Aristotelis. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Disputatio Medica de Obstructionibus, respondente *Ioanne Henero Lindoensi*. Tubingæ, 1583, in 4.

Disputatio de Tuenda Sanitate, respondente *Ioanne Georgio Ienisch*. Tubingæ, 1583, in 4.

ANDREÆ ROSLERI

Epistolæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

ANDREÆ TENTZELII

Lexicon Medicum græco-latinum. Venetiis, apud Nicol. Polum, 1607, in 8. & opera *Emanuelis Stupani* auctum,Basileæ,apud Ioa. Iacob. Genathium, 1628, in 8.

BARTHOLOMÆI CHRYSÆI

Epistola Medica ad Abrah. Seyllerum, extat eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes,1598, in fol. pag.84.

BARTHOLOMÆI COCLITIS, *Bononiensis*

Anastasis Chiromantiæ & Physiognomiæ ex pluribus & pene infinitis autoribus. Bononiæ, 1504, in 4.

Physiognomiæ Compendium, quantum ad partes capitis, gulamque & collum attinet. Cui accedit Andreæ Corvi Chiromantia. Argentorati, 1533, in 8.

BARTHOLOMÆI EVSTACHII, *Sanctoseverinatis*.

Opuscula Anatomica. Nempe:De Renum structura, officio, & administratione. De Auditus organis. Ossium examen. De motu Capitis. De Vena, quæ Ἄζυγος Græcis dicitur; & de alia, quæ in flexu brachii communem profundam producit. De Dentibus. Venetiis,apud Vincentium Luchinum,1574, in 4.

Erotiani Græci scriptoris vetustissimi, Vocum, quæ apud Hippocratem sunt,collectio. Cum Annotationibus Barthol. Eustachii. Ejusdemque libellus de Multitudine. Venetiis,apud Luc-Ant. Iuntam, 1566, in 4.

BARTHOLOMÆI FRITZSCHII, *Budissini*

De Morbis Venenosis proprie sic dictis in genere Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

BAR-

BARTHOLOMÆI GAIONI

Epiſtola ad Ioſ. Valdanium de ſectione venæ, quæ eſt ad annularem digitum, ſiniſtræ manus, in lienis affectibus. Patavii, apud Petr. Anton. Alciatum, 1567, in 8.

BARTHOLOMÆI HIEROVII

Quæſtionum medicinalium Decas prima, continens quęſtiones lectu omnino jucundas ac dignas. Francof. apud Petr. Fiſcherum, 1595, in 8.

Methodus chirurgica, docens ſumma facilitate & brevitate rationem curandi apoſtemata, vulnera, & ulcera. Ibidem, 1595, in 8.

BARTHOLOMÆI HVBNERI, *Erfordienſis*.

Oratio de veris immotiſque fundamentis artis medicæ & philoſophiæ, deque impietate, portentoſis, & pernicioſis erroribus Phil. Paracelſi, & Sectatorum ejus, quibus Theologiam pariter & Philoſophiam, cum Medicina nefarie conſpurcarunt. Erphordiæ, apud Ioan. Piſtorium, 1593, in 8.

De Morbis incurabilibus liber. Erphordiæ, apud Ioan. Piſtorium, 1589, in 4.

BARTHOLOMÆI MAGGII, *Bononienſis*

De Sclopetorum & Bombardarum vulnerum curatione liber. Bononiæ, apud Barth. Bonardum, 1552, in 4. & cum Chirurgia, ſeu de Chirurgia Scriptoribus à Geſnero editis, pag. 243.

BARTHOLOMÆI MARANTÆ, *Venuſini*

Methodi cognoſcendorum ſimplicium medicamentorum libri tres. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1559, in 4.

De Theriaca & Mithridatio libri duo, Italico ſermone ſcripti: in quibus velut in tabula quapiam, vera hæc Antidota componendi ratio, breviter ob oculos ponitur, omniaque Simplicia (quorum in hiſce Antidotis conficiendis uſus eſt) ſolertiſſime examinantur. Nunc primum opera *D. Ioachimi Camerarii Norimbergenſis* latina civitate donati. Francof. apud Egenolphũ, 1576, in 8.

De Aquæ, Neapoli in Luculliano, ſcaturientis, metallica natura ac viribus. Neapoli, apud Matthæum Cancrum, 1559, in 4.

Epiſtola excuſatoria de quibuſdam contra Matthiolum editis. Extat lib. IV Epiſt. Matth. pag. 462.

BARTHOLOMÆI MAYROLÆ, *Papienſis*

Compendioſa methodus in acutis Morbis curandis. Papiæ, apud Hier. Bertolum, 1563, in 8.

BARTHOLOMÆI MERLINGERI, *Auguſtani*

De Infantium morbis, & eorum valetudine tuenda. Extat cum Alb. Magni de Mulierum Secretis lib. Francof. apud Egenolphum, 1531, in 20.

BARTHOLOMÆI MOLES, *Hiſpani*

Speculum Sanitatis, ſive de ſanitate conſervanda liber. Salamanticæ, 1545, in 8.

BAR-

BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ, *Patavini*

Selectiorum Operum, in quibus ejusdem Consilia, variique tractatus alii, tum proprii, tum ascititii continentur liber unus, & alter. Accurate naviter, & sedulo emaculati, revisi, relecti, locupletati, à *Petro Vffenbachio*. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol. & jam ante Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. apud Gasparē Bindonum, 1565, in fol. Lugduni, apud Iac. Myt, 1525, in 4.

Continentur autem in his:

I. De Conservanda sanitate.
II. De Regimine transfretantium.
III. De Præservatione corporum debilium in aere subtili.
IV. Consilia de Ægritudinibus
Cerebri.
Nervorum.
Oculorum.
Aurium.
Narium.
Oris, & Faciei.
Dentium.
Pectoris, & Pulmonis.
Cordis.
Mammillarum.
Stomachi.
Hepatis.
Splenis.
Ventris inferioris.
Ani.
Renum.
Vesicæ.
Membrorum generationum in Viris.
Membrorum genitalium in Mulieribus.
Apparentibus in extremitatibus membrorum.
Totius, quæ non sunt febres.
Febribus.
Cutis.

Hæc omnia Consilia sequuntur tractatus sequentes.

I. De Balneis.
II. De Modo componendi medicinas, & de dosi earum inveniendi.
III. Consilia medicinalia Antonii Cermisoni.
IV. Francisci Caballi Brixiensis liber de Animali thirio.

Scorsim extant.

De Vrinarum judiciis tractatus. Patavii, apud Matth. Cerdonis de Windischgrez, 1487, in 4.

De Balneis tractatus. Extat Operis Veneti de Balneis, p. 37.

De Compositione & dosi medicamentorum, extat inter

 Opuscula

Opuſcula illuſtrium Medicorum de Doſibus. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Ioh. Mareſchallum, 1585, in 8.

BARTHOLOMÆI PASCHETTI, *Veronenſis*

De Deſtillatione, Catarrho vulgo dicta, libri tres. In quibus copioſiſſime, & exactiſſime de deſtillatione, fluxione, & catarrho diſputatur ſequenti ordine. In primo omnia, quæ ad Deſtillationis exactam Cognitionem pertinent, copioſe docentur. In ſecundo, quæ pro Præſervatione ab ipſa Deſtillatione agenda, præcavendaque ſunt longa ſerie comprehenduntur. In tertio ejuſdem Deſtillationis, ſive Catarrhi Curatio cumulate abſolvitur. Venetiis, apud Bernardum Iuntam, 1615, in 4.

BARTHOLOMÆI PERDVLCIS, *Pariſienſis*

Vniverſa medicina, ex Medicorum Principum ſententiis conſiliiſque collecta, à *Renato Charterio* primum edita. Pariſiis, apud Mathurinum Henault, 1630, in 4.

BARTHOLOMÆI REVSNERI, *Lembergii*

Liber primus de Febribus. Vratiſlaviæ, apud Criſpinum Scharffenberg, 1561, in 8.

BARTHOLOMÆI ROSTINII

Sententiarum omnium ac verborum, quæ in divini Hippoc. Aphoriſmis continentur, in novum ordinem alphabeticumque digeſtio: ut quævis in ipſis commemorata, nunc facilius & celerius quam antea inveniri queant, ut ita medicinæ ſtudioſis, majori nimirum quam prius uſui futura ſint. Venetiis, apud Balthaz. Conſtantinum, 1555, in 8.

BARTHOLOMÆI SCHONBORNII

Dialogus de Peſte, ab eo Serveſtæ, graſſante ibidem Peſte anno 1582, conſcriptus, menſe Novembri, & Decembri, & *M. Balthaſari Kiſwettero* Dialogiſtæ donatus, hujuſque opera & ſtudio publicatus. Witebergæ, apud Laur. Seuberlin, 1613, in 8.

BARTHOLOMÆI SILEBER

Præcautio luis Venereæ. Viennæ, 1525, in 4.

BARTHOLOMÆI THVRRIANI, *Genuenſis*

Περὶ βκλιατρείας, ſive de Medica conſultatione libri quatuor. Genuæ, 1605, in 8. Francof. apud Palthenium, 1606, in 8.

BARTHOLOMÆI TRAFICCHETI

De ſanitate conſervanda liber. Venetiis, apud Hieronymum Concordia, 1565, in 4.

BARTHOLOMÆI VICARII

De Ægrotantium optimo aſſiſtente, ejuſque officio in ſingulis morbis libri tres. Romæ, 1591, in 4.

BARTHOLOMÆI VIOTTI à CLIVOLO, *Taurinenſis*

De Balneorum naturalium viribns libri quatuor. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1552, in 4. & Operis de Balneis Veneti pag. 247.

BARTHOLOMÆI VOGTER

De morborum curatione per aquas destillatas. Francof. apud Hermannum Gulferich, 1550, in 4.

BARTHOLOMÆI ab VRBE VETERI

In Antidotarium Mesue cum declaratione simplicium medicinarum, & solutione multorum dubiorum ac difficilium terminorum opus. Venetiis, apud Bartholom. de Zanettis, 1543, in fol. Parisiis, apud Frobenium, 1546, in 8.

BARTHOLOMÆI WALTHERI

Vita clariss. Philosophi, & Medici D. Wolfgangi Meureri, Collegii medici Decani, & Professoris publici in Academia Lipsiensi. Lipsiæ, apud Abrah. Lamberg, 1588, in 4.

BASILII BESLERI, *Norimbergensis*

Hortus Eystettensis, sive diligens, & accurata omnium Plantarum, florum, stirpium, ex variis orbis terræ partibus, singulari studio collectarum, quæ in celeberrimis viridariis arcem Episcopalem ibidem cingentibus, hoc tempore conspiciuntur, delineatio, & ad vivum repræsentatio. Norimbergæ, impensis Autoris, 1613, in maximo fol. 4 voll.

BASILII VALENTINI

Azoth, sive Aureliæ occultæ Philosophorum, materiam primam, & decantatum illum Lapidem Philosophorum filiis Hermetis solide, perspicue, & dilucide explicantes, per Ænigma Philosophicum, Colloquium Parabolicum, Tabulam Smaragdinam Hermetis, Symbola, Parabolas, & Figuras Saturni, *M. Georgio Beato* interprete. Francof. apud Ioh. Bringerum, 1613; in 4. & volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Opus præclarum ad utrumque. Quod pro Testamento dedit filio sub adoptivo. Extat eodem vol. quarto Theatri Chemici.

Practica, una cum, XII clavibus, & appendice. Extat cum Tripode aureo à Michaele Majero edito Francof. apud Lucam Iennisium, 1618, in 4.

BASSIANI LANDI, *Placentini*

De Humana historia, libri duo. Basileæ, apud Ioa. Oporinum, 1542, in 4. Francof. apud Ioa. Spiessium, 1605, in 8.

De Incremento libellus. Venetiis, apud Balthas. Constantinum, 1556, in 8.

Iatrologia. Dialogi duo: in quibus de Vniversæ artis Medicæ, præcipue vero morborum omnium & cognoscendorum, & curandorum absolutissima methodo disseritur. Venetiis, apud eundem,, 1557, in 4. Basileæ, apud Ioa. Oporinum, 1543, in 4.

De Origine & causa Pestis Patavinæ, anni MDLV. Venetiis, apud Balthaz. Constantinum, 1555, in 8.

Præfatio in Aphorismos Hippocratis. De Vacuatione liber. Extant cum Opusculis de Motu, de Loco, de Tempore. Patavii, apud Sim. Galignanum, 1552, in 8.

Dialogus, qui Barbaro-maſtix, ſeu Medicus inſcribitur. Venetiis, apud Lucam Anton. Iuntam, 1533, in 4. cum Novæ Academiæ Florentinæ Opuſculis.

BAVERII de BAVERIIS

Excerpta de Balneis extant Operis Veneti de Balneis pag. 143.

BELISARII AQVIVIVI, *Neritinorum Ducis*

De Venatione & Aucupio per accipitres libri duo. Neapoli, 1519, in fol.

BENEDICTI

De Conſervatione ſanitatis liber. Romæ, 1490, in 4.

BENEDICTI ARETII

Stoc-hornii & Neſſi in Bernatium Helvetiorum ditione Montium, & naſcentium in eis Stirpium deſcriptio. Extat cum Valerii Cordi Annotationibus in Dioſcoridem. Tiguri, apud Andream Geſnerum, 1561, in fol.

BENEDICTI BVSTAMENTE PAZ, *Hiſpani*

Methodus in ſeptem Aphoriſmorum libris ab Hippocrate obſervata, qua & continuum librorum ordinem, argumenta, & ſchemata declarat. Venetiis, apud Aldi filios, 1550, in 4. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1550, in 16.

BENEDICTI CERVTI, *Veronenſis*

Muſæum Franc. Calceolarii Iun. Veronenſis incœptum, & ab *Andrea Chiocco* luculenter deſcriptum & perfectum. In quo multa ad naturalem, moralemque Philoſophiam ſpectantia, non pauca ad rem medicam pertinentia erudite proponuntur, & explicantur, non ſine magna rerum exoticarum ſupellectile, quæ artifici plane manu in æs inciſæ ſtudioſis exhibentur. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

Epiſtola Medica, extat cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

BENEDICTI CVRTII, *Symphoriani*

Hortorum libri triginta. Lugduni, apud Ioa. Tornæſium, 1560, in fol.

BENEDICTI PATINII, *Brixiani*

Pro Divo Maximiliano Cæſare ſemper Auguſto de Cordis Palpitatione Conſilium. Brixiæ, apud Vincent. Sabium, 1573, in 8.

BENEDICTI RINII, *Veneti*

De Morbo Gallico tractatus. Extat tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 14.

BENEDICTI TEXTORIS, *Seguſiani*

Stirpium differentiæ ex Dioſcoride ſecundum locos communes, opus ad ipſarum plantarum cognitionem admodum conducibile. Lutetiæ, in 16. Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, 1552, in 4. cum Hier. Tragi Opere Botanico.

Ratio præcavendæ & curandæ Peſtilentiæ, ac ſententia optimo-

optimorum autorum selecta. Lugduni, apud Ioan. Tornæsium, 1551, in 8.

De Cancro, ejus natura, & curatione liber. Lugduni, apud Ioa. Tornæsium, 1550, in 8.

BENEDICTI VICTORII, *Faventini*

Empirica Medicina de curandis morbis totius corporis, & febribus: cum exhortatione ad Medicum, recte sancteque medicari cupientem. Venetiis, apud Valgrisium, 1550, & 1554, in 8. huic posteriori editioni Camilli Thomaji Methodus rationalis, & Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, liber accesserunt. Francof. apud Theobald. Schonwetterũ, 1626, in 8. cum Dispensatorio chymico. & Lugduni apud Sebast. Honoratũ, 1558, in 16.

Practicæ magnæ de morbis curandis ad tyrones tomi duo: quorum primus agit de cura morborum capitis, alter de cura morborum partium spirationi servientium. Venetiis, apud Valgrisium, 1562, in fol. Francof. apud Ioa. Theobaldum Schonwetterum, 1628, in 8. per *Petrum Vffenbachium* emaculata, & revisa.

Medicinalia Consilia ad varia morborum genera. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1551, in 4. apud Iordanum Zilettum, 1566, in 8.

De Morbo Gallico liber. Basileæ, apud Ioa. Bebelium, 1536, in 4. cum aliis autoribus de Morbi Gallici cur. rat. exquisitissima. Florentiæ, apud Laurent. Torrentinum, 1551, in 8. Huic annectitur De Curatione Pleuritidis per sanguinis missionem liber ad Hippocratis, & Galeni Scopum. Vltimum, tomo 1 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 528, 557.

Compendium de Dosibus medicinarum. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus, &c. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1550, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Ioa. Mareschallum, 1584, in 8.

Commentaria in Hippocratis Aphorismos. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1556, in 4.

In Hippocratis Prognostica Commentarii. Quibus accessit Theoricæ latitudinum medicinæ liber, ad Galeni Scopum in arte medicinali. Florentiæ, apud Laur. Torrentinum, 1551, in fol.

BENEVENVTI BORDONI, *Patavini*

Disputatio continens Theoremata Logica, Mathematica, Naturalia, & Medica. Patavii, 1563, in 4.

BENEVENVTI GRAPHEI, *de Ierusalem*

Ars probata de Oculorum affectibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

BERNARDI DESSENNII CRONENBVRGII, *Coloniensis*

Defensio medicinæ veteris & rationalis, adversus Georgium Phædronem, & Sectas Paracelsi. Item, Purgantium medicamentorum & Pilularum in minore pondere, particularis divisio. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1573, in 4.

De Compositione medicamentorum, hodierno ævo apud Pharmacopolas passim extantium: & quo artificio eadem recte parari queant, cum Simplicium, atque Aromatum (quibus consistunt) expositionibus, ac plerorumque omnium delectu, Libri decem. Francof. apud Chr. Egenolphum, 1555, in fol. Lugduni, apud Gul. Rouillium, 1556, in 8.

De Peste commentarius vere aureus: in quo causæ, signa, præsagia, cum universalia, tum particularia pestilentis contagii dilucide explicantur. Deinde ejusdem præservatio ac curatio summa fide ita docentur, ut à nemine hactenus, simili ratione, & methodo, tradita habeantur. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1564, in 4.

Epistola ad Andr. Matthiolum. Extat lib. 11 Epist. Matth. pag. 235.

BERNARDI GORDONII, *Galli*

Opus, Lilium Medicinæ inscriptum, de Morborum prope omnium curatione, septem particulis distributum, una cum aliquot aliis ejus libellis: videlicet De Indicationibus curandorum morborum. De Victus ratione, & pharmacorum usu in morbis acutis. De Prognosticis tractatus quinque particulis distributo. De Vrinis & Cautelis earum. De Pulsibus. Accesserunt prǽterea Pharmacorum, quæ hodie in frequenti sunt practicantium usu, aliquot schemata, omnibus medicinam facere volentibus omnino necessaria, per *Renaclum Fusch, Limburgensem*. Lugduni, apud Gul. Rouillium, 1559, in 8. Parisiis, apud Ponatum le Preux, 1542, in 8. & olim Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol.

De Conservatione Vitæ humanæ, à die Nativitatis usque ad ultimam horam mortis, tractatus, nunc demum editus opera *Joachimi Baudisii*. Lipsiæ, apud Ioan. Rhambæ, 1570, in 8. Lugduni, apud Rouillium, 1580, in 8. Adjectis de Phlebotomia, & Floribus diætarum libris.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus, p. 208.

BERNARDI G. PENOTI, *à Portu S. Mariæ Aquitani*

Tractatus de Denario medico, quo decem medicaminibus, omnibus morbis internis medendi via docetur. Cui plures alii tractatus additi sunt. Bernæ Helvetiorum, apud Ioa. le Preux, 1608, in 8.

Quæstiones tres de Corporali Mercurio, An arte ex corporibus perfectis extractus, suo corpori commixtus faciat ad generationem lapidis Physici, sicut est quorundam firma opinio. Ad varias quæstiones responsio. Quinquaginta septem Canones de opere Physico, quibus ars dilucidior fit. Vera Mercurii ex auro extractio cum sua historia. Chrysorrhoas, sive de arte Chemica Dialogus, qui præclarissimas hujus artis actiones, rationi & naturalibus principiis consentaneas esse demonstrat: impostorum vero & sycophantarum somnia & nugas detegit. Extant hæc omnia Volumine

Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Tractatus varii de vera præparatione & usu medicamentorum chymicorum. Vrsellis, apud Ioa. Rhodium, 1602, in 8. & volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 645. Basileæ, apud Lud. Regem, 1616, in 8. His accedunt:

Libellus de Sale Nitro & ejus præparatione, & quomodo in diversis ægritudinibus administrari debeat. Item de viribus Auri potabilis, ejusque physica præparatione. Panaceæ vegetabilis descriptio: qua radicitus podagra tollitur, variique morbi sanantur. De Mellis elixire. Item de viribus occulti spiritus, Epistola. Libellus de Spagyricorum quorundam medicamentorum dosibus & administratione. Itemque de Oleis quibusdam & eorum usu, pluraque alia promiscua. De variis Tartari præparationibus ejusque administratione. De vera Hellebori nigri præparatione. Item Remedium contra Cancrum hactenus non vulgatum. Vltimo, quomodo omni tempore anni Hydromel parari potest, vino malvatico æquipollens. Quæstio, An Magia sit licita.

Tractatus de quarundam herbarum Salibus, & eorum præparatione & varia administratione. Vrsellis, apud Cornelium Sutorium, 1601, in 8.

Apologia in duas partes divisa ad Iosephi Michelii Middelburgensis Medici scriptum, quo Bern. P. à Portu Aquitani sententiam de pseudo-temporistis, in præfatione Dialogi inter Naturam & Filium Philosophiæ expositam turpi inscitia & calumnia impudenti invertit. Cui sequentia opuscula adjecta sunt: De Physici Lapidis materia, & quibus signis dignoscatur. Item de multiplici igne Lapidis. Francof. apud Ioa. Rhodium, 1600, in 8.

BERNARDI STIEBERI

Epistolæ quædam medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Calculis in humani corporis diversis partibus Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicin. singul. lib. IV posteriorib. Vlmæ Suevorum, 1618, in 4.

BERNARDI SVEVI

Tractatus de inspectione vulnerum lethalium & sanabilium præcipuarum partium corporis humani. Variis cum veterum tum recentiorum Medicorum observationibus, exemplis atque controversiis illustratus, non minus Iurisconsultis, quam Medicis utilis, atque necessarius. Marpurgi, apud Casp. Chemlinum, 1629, in 8.

BERNARDI TREVISANI

Περὶ χημείας opus historicum & dogmaticum, ex Gallico in Latinum simpliciter versum, & nunc primum in lucem editum, Extat cum Io. Franc. Pici libris tribus de Auro. Vrsellis, apud Cor-

Cornel. Sutorium, 1598, in 8. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

De Chymico miraculo, quod Lapidem Philoſophiæ appellant. Dionyſius Zacharius Gallus de eodem. Autoritatibus variis Principum hujus artis, Democriti, Gebri, Lullii, Villanovani, confirmati & illuſtrati per Gerardum Dorneum. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in 8. apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 748.

BERNARDI VNGER, *Germani*

Apologetica Epiſtola pro Defenſione Arabum compoſita. Extat cum Annotatiunculis Seb. Montui in errata recentium medicorum, &c. Lugduni, apud Bened. Bounyon, 1533, in 8.

BERNARDINI BALDINI

Problemata excerpta ex commentariis Galeni in Hippocratem. Venetiis, 1567, in 8.

BERNARDINI CAII, *Veneti*

De Alimentis, quæ cuique naturæ conveniant, liber. In quo etiam de Voluptatis natura, de Sapore, de Frigidæ potione, de viribus Salnitri ad refrigerandum, de Auro potabili, ac de Octimeſtri partu cumulatiſſime diſputatur. Venetiis, apud Euangel. Deuchinum, 1608, in 4.

De Sanguinis effuſione, Diſputatio. Ibidem, apud eundem, 1607, in 4.

Diſputatio de Veſicantium uſu. Ibidem, 1606, in 4.

BERNARDINI GOMESII MIEDE

Ἀλογεαφία, ſive Diaſcepſeon de Sale libri quatuor. Quorum primus eſt de Sale phyſico, ſeu Philoſophico: II, Medico, ſeu Empirico: III, Geniali, ſive Iocoſo: IV, Myſtico. Nunc denuo reviſi, & in certa quædam capita diſtincti, per *Petrum Vſſenbachium Francof.* Vrſellis, apud Ioa. Bernerum, 1605, in 8.

BERNARDINI de LANDRIANO

Additiones in Practicam Ioannis Petri de Ferrariis, Papienſis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol.

BERNARDINI MONTANÆ, *de Monſerrat*

De Hominis Anatomia. Valleſoleti, 1551, in fol.

BERNARDINI PATERNI, *Salodienſis*

De humorum purgatione circa morborum initia tentanda. & Epiſtola, quod Cœna prandio liberalior, etiam in catarrho, eſſe debeat. Romæ, apud Doricos fratres, 1547, in 8. Spiræ, apud Bern. Albinum, 1581, in 8.

Conſilium de Balneis Aquenſibus, apud aquas Statiellorum, quod una cum Viris clariſſ. Iulio Delphino, & Ioa. Andr. Cellanova illuſtriſſimo Viro Ferdinando Gonzagæ de Luto dedit. Extat pag. 303 Operis Veneti de Balneis.

Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ,

à Ber-

à *Bernardino Cajo Veneto* in lucem editæ. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1596, in 4.

Consilia Medica extant eo in opere, quod Laurent. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

BERNARDINI STAINER

Gerocomicon, sive Diæteticum regimen, de conservanda Senum sanitate, & vitæ eorundem ad præfixum terminum (per praxin sex rerum non naturalium) productione. Edidit *Ioannes Neydecker* Wirceburgi, apud Eliam Mich. Zinck, 1631, in 4.

BERNARDINI TAVRISANI

Meditationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, à Clariss. Med. Iunio Paulo Crasso, Bern. Taurisano, Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id selectis, accuratissime elucubratæ, & ab eodem collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paulum & Anton. Mejetos, 1576, in 4.

BERNARDINI TOMITANI

De Morbo Gallico libri duo. Extant tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 58.

BERSANI BENEXIÆ

Præfatio ad Ioa. Argenterii Commentarios ad artem medicinalem Galeni; qui excusi sunt in Monte-regali, apud Torrentinum, 1559, in fol.

BERYTII

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: seu de re rustica selectorum lib. xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. *Io. Alex. Brassicani* opera in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

BLASII ASTARII, *Papiensis*

De Curandis febribus tractatus: ab Aben Haly super primam quarti traditus. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1532. Francof. apud Bernerum, 1604, in 8. cum Gatinaria, & Landulpho. Basileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol. cum Clem. Clementini Lucubrationibus.

Consilia quædam valde utilia. Venetiis, apud Lucantonium de Giunta, 1521, in fol. cum Io. Matthæi de Gradi Consiliis.

BLASII CÆSARIS LANDVLPHI, *Ticinensis*

De Curis febrium liber. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1506, in 4. 1532, in 8. Francof. apud Bernerum, 1604, in 8. cum Gatinaria, & Astario. Basileæ, apud Henric. Petri, 1535, in fol. cum Clementii Clementini Lucubrationibus.

BLASII GRVNEWALDT

Consilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1605, in 4.

BLASII HOLLERI, *Vivariensis*

Medicæ artis Theorica, libris duobus succinctè comprehensa, atque Medicinæ studioso apprime necessaria. Argentinæ, 1565, in 8. Coloniæ, apud Petrum Horst, 1572, in 8.

Morborum curandorum ex Gal. præcipue sententia, brevis Institutio, utilis Medicis & Chirurgis. Basileæ, apud Nicol. Brilingerum, 1556, in 8.

BLASII VILLAFRANCÆ, *Hispani*

Methodus refrigerationis vini, & aquæ per salnitrum, &c. Accedunt varia rerum naturaliũ Problemata. Venetiis, 1553, in 4.

BONAVENTVRÆ GRANGERII, *Parisiensis*

In defensionem libelli Leon. Botalli Astensis de curandi ratione per sanguinis missionem à Georgio Caspio Hannonio susceptam Animadversio. Parisiis, apud Iac. du Puys, 1581, in 8.

Theophrasti Philosophi de Sudoribus libellus unus: de Vertigine libellus alter, latine conversi, & annotationibus illustrati. Adjecta sunt Sudorum prognostica ab eodem versibus latinis descripta, ex Hipp. & Galeni scriptis. Parisiis, apud Ioa. de Bordeaux, 1576, in 8.

BRICII BAVDERONI

Praxis in duos tractatus distincta. In priore agitur de Febribus essentialibus, tam simplicibus quam compositis, confusis, erraticis, malignis ac pestiferis, & symptomaticis in genere, & in specie curandis. In posteriore de symptomatis & morbis internis à capite ad pedes usque. Lutetiæ Parisior. apud Nicol. Buon, 1620, in 4.

BRVDI LVSITANI

De ratione victus in singulis febribus secundum Hippocratem, in genere, & singillatim, libri III. Venetiis, apud hæred. Petri Rauani, 1544, in 8. apud Ioa. Rubeum, 1559, in 8. Tiguri, apud Gesneros FF. 1555, in 8. cum Conr. Gesneri Enchiridio Rei medicæ triplicis.

BRVNI, *Longoburgensis*

Chirurgia Magna, & Parva. Extant cum Guidonis, Theodorici, &c. scriptis chirurgicis. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1490, in fol. apud Bernardinum Venetum, 1559, in fol. apud Iuntas, 1546, in fol.

BRVNONIS SEIDELII

Sententia de iis, quæ Laur. Ioubertus in Paradoxis suis, de febrium humoralium origine ac materia disputavit. Extat tomo II Operum Iouberti.

De usitato apud Medicos urinarum judicio liber. Erfordiæ, apud Georgium Bauman, 1571, in 8.

Liber, quo morborum incurabilium causas, mira brevitate, summaque lectoris jucunditate explicat. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1593, in 8.

De

De Ebrietate libri tres. Omnibus omnium ordinum studiosis, præcipue vero iis, quibus secunda valetudo curæ, utiles, maximeque necessarii. Addita est ejusdem Argumenti Basilii Magni Homilia contra ebrios, *Simone Stenio Lomacensi* interprete. Hanoviæ, apud Petr. Fischerum, 1594, in 8.

BVHAHYLYHA BYNGESLA

Tacuini Ægritudinum & Morborum ferme omnium Corporis humani, cum curis eorundem. Argentorati, apud Ioan. Schottum, 1532, in fol.

C.

CÆLII APITII

De Re culinaria libri decem. Ex recensione *Albani Torini*. Basileæ, apud Oporinum, 1541, in 4. Lugduni, apud Gryphium, 1551, in 8. una cum B. Platinæ Cremonensis de Honesta voluptate, & valetudine libris totidem. *Vide* Apitium Cæliũ.

CÆLII AVRELIANI, *Siccensis*

Celerum, vel Acutarum passionum libri III. Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1529, in fol.

Chronicon, sive Tardarum passionum libri V. Basileæ, apud Henr. Petri, 1529, in fol. cum Oribasii Opusculis.

Omnes autem conjunctim Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis antiquis, pag. 249. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1567, in 8. Ad fidem exemplaris manuscripti castigati, & Annotationibus Iac. Dalechampii illustrati.

CÆSARIS BERGAMII

De Præcautione à Calculo liber. De Podagra liber alter. Venetiis, apud Somaschum, 1605, in 4.

CÆSARIS CREMONINI, *Centensis*

Apologia Dictorum Aristotelis de Origine, & Principatu Membrorum adversus Galenum. Venetiis, apud Hier. Piutum, 1627, in 4.

Apologia dictorum Aristotelis de Calido innato adversus Galenum. Venetiis, apud Deuchinum, 1626, in 4.

CÆSARIS LONGINI

Trinum Magicum, sive Secretorum magicorum opus: continens I, de Magia naturali, artificiosa, & superstitiosa disquisitiones axiomaticas. II, Theatrum naturæ, præter curam Magneticam, & Veterum Sophorum Sigilla, & Imagines magicas, etiam Conclusiones physicas, Elementales, Cælestes, & Infernales exhibens. III, Oracula Zoroastri, & mysteria mysticæ Philosophiæ Hebræorum, Chaldæorum, Ægyptiorum, Arabum, Persarum, Græcorum, Orphicorum, Pythagoricorum, & Latinorum. Accessere nonnulla Secreta secretorum, & Mirabilia Mundi. Francof. apud Antonium Hummium, 1614, in 12.

CÆSARIS MAGATI, *Scandianensis*

De rara medicatione Vulnerum, seu de Vulneribus raro tractandis, libri duo. In quibus nova traditur Methodus, qua fœlicissime ac citius, quam alio quovis modo sanantur Vulnera. Quæcunque præterea ad veram, & perfectam eorum curationem attinent, diligenter excutiuntur: permultaque explicantur Galeni, & Hippocratis loca eo spectantia. Hæc autem duplici quæstione. I, Vtrum melius sit vulnera quotidie solvere, ac procurare; an pluribus interjectis diebus. II, Vtrum turundarum, & penicillorum usus in curatione Vulnerum sit necessarius. Venetiis, apud Ambros. & Barthol. Dei, 1616, in fol.

CÆSARIS OPTATI, *Neapolitani*

Opus tripartitum de Crisi, de Diebus criticis, & de Causis criticorum. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, in fol.

De Hectica febre Opusculum. Extat cum Io. Mich. Savonarolæ Practica Canonica, aliisque opusculis. Venetiis, apud Lucantonium Gjunctam, 1517, in fol. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1560, in 8.

CÆSARIS RINCII, *Mediolanensis*

Disputatio accuratissima de Peste Mediolanensi, quæ anno 1577, urbem afflixit. Hanc *Ioachimus Camerarius* ex Italico in latinum transtulit, & Synopsi commentariorum de Peste subintulit. Noribergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8.

CAJI PLINII, *Majoris*

Historiæ Mundi libri XXXVII. Parmæ, apud Stephanum Corallum, 1476, in reg. fol. Venetiis, apud Thomam de Blavis, 1491, fol. Francof. apud Claud. Marnium, & hæredes Io. Aubry, 1608, in 8. Cum castigationibus & adnotationibus doctissimis, & variis præterea lectionibus ex mss. compluribus ad oram paginarum accurate indicatis. Ex novissima & accuratissima editione *Iacobi Dalecbampii*. Accedunt jam primum Pauli Cigalini Comensis, Prælectiones duæ eruditiss. Vna, de vera patria Plinii: altera, De fide & autoritate ipsius. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1635, in 16, 3 voll. Genevæ, apud Iacobum Stoer, 1601, in 12, 3 voll. à *Sigismundo Gelenio* summa fide castigati, veterumque tum manuscriptorum tum excusorum codicum attentissima collatione restituti. Accessere ad marginem variæ lectiones ex *Pintiani, Turnebi, Lipsii*, aliorumque doctissimorum scriptis fideliter excerptæ.

De Aquis, Sulphure, Alumine, Bitumine, Sale, Nitro, aliisque huc pertinentibus excerpta extant pag. 233 Operis Veneti de Balneis.

CAJI PLINII, *Secundi*

Epistola ad Amicos de Medicina, extat cum Medicis antiquis, Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 85 ℣.

De Re medica libri quinque. Extant cum iisdem Medicis antiquis.

antiquis, pag. 164. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in fol. cum aliis de Re medica libris.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus, p. 184.

CALID F. IAZICHI

Liber Secretorum Alchemiæ. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot scriptoribus à *Guil. Gratarolo* collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 233. & volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8. addito huic ejusdem Libro trium verborum.

CALISTI PROCACCINI, *de Monte sancto Vito*

Liber, qui dicitur Medicus ad tyrones: non minus utilis, quam curiosus cupidis literarum. Romæ, apud Steph. Paulinum, 1617, in 4.

CAMILLI BALDI, *Bononiensis*

In Physiognomica Aristotelis Commentarii. Opus multiplici doctrina refertum, Physiologis, Medicis, virisque Politicis æque utile ac jucundum. *Hieronymi Tamburini* diligentia ac sumptibus nunc primum in lucem editum. Bononiæ, apud Sebast. Bonomium, 1621, in fol.

De humanarum propensionum ex temperamento prænotionibus Tractatus. Bononiæ, apud hæred. Ioan. Rossii, 1629, in 4.

De naturali ex unguium inspectione præsagio Commentarius. Bononiæ, apud hæred. Ioan. Rossii, 1629, in 4.

CAMILLI FLAVII, *Fanestris*

In Magni Hippocratis Coi librum de Aëre, Aquis, & Locis Paraphrasis. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1596, in 4.

CAMILLI LEONARDI, *Pisaurensis*

Speculum Lapidum. Pisauri, 1502, in 4. Augustæ, apud Henr. Siliceum, 1533, in 4. Parisiis, apud Ioa. Petitpas, 1610, in 8.

CAMILLI THESAVRI *de Corneto*

Pulsuum opus absolutissimum in sex libros divisum. Neapoli, apud Io. Thom. Aulisium, 1594, in 8.

CAMILLI THOMAI, *Ravennatis*

Rationalis methodus atque compendiosa, ad omnes fere curandos morbos internarum partium humani corporis. Parisiis, apud Ioa. Faucherum, 1550, in 16. inde vero cum Bened. Victorii Empirica: Venetiis, apud Valgrisium, 1554, in 8. & Francof. apud Theobald. Schonwetterum, 1626, in 8. cum Dispensatorio chymico.

CANAMVSALI de BALDACH

Liber super rerum præparationibus quæ ad oculorum medicinas faciunt, & de medicaminibus ipsorum, rationabiliter terminandis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1500, in fol. cum Albucasis Chirurgia. *Vide* Alcanamosali.

CARAVANTIS, *Hispani*

Practica. Extat cum Veræ Alchymiæ scriptoribus aliquot, à

Guil.

Guil. Grataroló collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 264 tomi II.

CAROLI ANNIBALIS FABROTI, *Aqui-Sextiensis*.

Exercitationes duæ, de tempore partus humani: & de Numero puerperii. Aquis-Sextiis, apud Ioa. de Tournes, & Iac. de Pierre, 1629, in 4.

CAROLI BATTI, *Dordraceni*

Epistolæ aliquot medicæ extant cum Miscellaneis Henrici Smetii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8.

CAROLI CLVSII, *Atrebatis*

Rariorum Plantarum Historia. Antverpiæ, apud Ioan. Moretum, 1601, in fol. Cui accesserunt: Ejusdem Commentariolum de Fungis. Honorii Belli Med. doctiss. aliquot ad Car. Clusium Epistolæ de variis stirpibus agentes. Alia item eruditiss. viri Thobiæ Roelsii Med. de certis quibusdam Plantis, Epistola. Præterea accurata Montis Baldi in agro Veronensi descriptio, autore Ioanne Pona Veronensi.

Exoticorum libri decem: quibus Animalium, Plantarum, Aromatum, aliorumque peregrinorum Fructuum historiæ describuntur. Item Bellonii Observationes, eodem Car. Clusio interprete. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1605, in fol.

Series totius Operis:

Sex priores Exoticorum Libros variam materiam continentes, Car. Clusius nunc primum iu lucem profert.

Quatuor autem reliquos ejus pene argumenti, videlicet

Garciæ ab Orta Libros II.

Christophori à Costa Lib. I.

Nicolai Monardi Lib. I.

idem Clusius Latinos olim faciebat & aliquoties evulgabat: at nunc quintum recensitos, & locupletioribus Scholiis illustratos publici juris denuo facit.

Iis adjunctæ Clariss. cujusdam Viri utilissimæ in Garciam Notæ.

Accessere:

Nicolai Monardi Libri III. à Carolo Clusio jam recens Latini facti: nempe

De Lapide Bezaar, & Herba Scorzonera.

De Ferro, & ejus facultatibus.

De Nive, & ejus commodis.

Præterea,

Petri Bellonii Observationum libri III.

De neglecta stirpium cultura Lib. I. è Gallico sermone olim in Latinum conversi à Carolo Clusio: jam vero ab eodem diligentiore cura recogniti, & Scholiis illustrati.

Additæ etiam Clarissimi cujusdam Viri in Observationes Notæ.

Seorsim

Seorsim extant.

Curæ posteriores, seu Plurimarum non ante cognitarum, aut descriptarum stirpium, peregrinorumque aliquot animalium novæ descriptiones: quibus & omnia ipsius Opera, aliaque ab eo versa augentur, aut illustrantur. Accessit seorsim Ælii Everardi Vorstii de ejusdem Caroli Clusii Vita, & Obitu Oratio, aliorumque Epicedia. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1611, in 4.

Rariorum stirpium, per Hispanias observatarum historia, duobus expressa libris. Antverpiæ, apud Plantinum, 1576, in 8.

Rariorum stirpium per Pannoniam, Austriam, & vicinas provincias observatarum, historia, quatuor libris descripta. Ibidem, 1583, in 8.

CAROLI FIGVLI

Methodus Herbarum, Dialogi forma. Coloniæ, 1540, in 4.

CAROLI FORTANERII

Disputatio de partu cujusdam infantulæ Agennensis, An sit septimestris partus an novem mensium? Extat parte VI Operum Iacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iacob. Chouët, 1630, in fol.

CAROLI GALLI

De Febribus pestilentibus & malignis tractatus bipartitus. Ferrariæ, 1600, in 4.

CAROLI GOSVINI

Consilia quædam de Arthritide extant eo in opere, quod *Henricus Garetius* edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

CAROLI de l'ORME

Πτελεϊνοδαφνεῖαι. hoc est, Laureæ Apollinares à prima ad supremam. Sive Enneas quæstionum medicarum pro Baccalaureatu, Licentia, & Doctoratu. Illi accesserunt varia ἔνδοξα, ἀμφίδοξα, παράδοξα. Quæ omnia, ut vera, variis congressibus propugnavit cum Deo, & lectissimis Mecænatibus suis. In famoso Æsculapii apud Monspelienses fano. Impugnantibus quibuscunque. Parisiis, apud Adrianum Beys, 1608, in 8.

CAROLI OSLEVII

Epistolæ variæ Medicæ extant eo in opere, quod Laurentius Scholzius, edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 86. & seq.

CAROLI PASCHALII

Coronæ. Opus quod nunc primum in lucem editur distinctum decem libris; quibus res omnis coronaria è priscorum edita & collecta monumentis, continetur. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1610, in 4.

CAROLI PISONIS, *Parisiensis*

Selectiorum observationum, & consiliorum de prætervisis hactenus morbis affectibusque præter naturam ab aqua, seu serosa colluvie & diluvie ortis liber singularis. Ponte ad monticulum, apud Car. Mercatorem, 1618, in 4.

CARO-

CAROLI ROMATETI, *Bajonensis*

Crisiologiæ, sive Tractatus de Iudiciis, libelli duo. Ex gravissimis doctissimorum tum veterum, cum recentiorum Autorum Medicorum & aliorum effatis discerpti. Argentorati, apud Paulum Ledertz, 1625, in 8.

CAROLI STEPHANI

De dissectione partium corporis humani libri tres. Vna cum figuris, & incisionum declarationibus à *Stephano Riverio Chirurgo* compositis. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1545, in fol.

De Nutrimentis libri tres. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1550, in 8.

Prædium rusticum, in quo cujusvis soli, vel culti, vel inculti plantarum vocabula ac descriptiones, earumque conserendarum atque excolendarum instrumenta suo ordine describuntur. Parisiis, apud Car. Stephanum, 1554: apud Guliel. Benardum, 1629, in 8.

De Re hortensi libellus selectus: cum nomenclatura latina ad Gallicam accommodata, qui illam ex hac addiscere cupiunt. Parisiis, apud Mauricum de Porta, 1536, in 8. Lugduni apud Sebast. Gryphium, 1536, in 8. apud hæredes Simonis Vincentii, 1536, in 8.

Seminarium sive Plantarium earum arborum, quæ post hortos conseri solent: quarum nomina, fructus, item etiam conserendi vocabula apud autores bene recepta hoc libello declarantur. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1536, in 8.

Arbustum. Fonticulus. Spinetum. Parisiis, apud Franc. Stephanum, 1538, in 8.

Sylva. Frutetum, Collis. Parisiis, apud Franc. Stephanum, 1538, in 8.

Vinetum. In quo varia vitium, uvarum, vinorum, antiqua, latina, vulgariaque nomina: item ea quæ ad vitium consitionem ac culturam ab antiquis rei rusticæ scriptoribus expressa sunt, ac bene recepta vocabula, nostræ consuetudini prçsertim commoda, brevi ratione continentur. Parisiis, apud eundem, 1537, in 8.

CAROLI WITTESTEYN, seu à PETRA ALBA, *Placentini*

Vera totius Medicinæ forma. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1588, in 8.

Disceptatio Philosophica de Quinta Chymicorum essentia. Accessit Alexandri Carrerii Patavini Quæstio, An metalla artis beneficio permutari queant. Basileæ, apud Sebast. Henric Petri, 1583, in 8.

CASSIANI

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: seu de Re rustica selectorum libris xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. *Ioa. Alex. Brassicani* opera in lucem editis. Basileæ, apud

apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem *Iano Cornario* interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

CASSII DIONYSII, *Uticensis*

Selectarum præceptionum de Agricultura libri XX, falso antea Constantino Cæs. dicati; *Iano Cornario* interprete. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1543, in 8.

CASSII IATROSOPHISTÆ

Naturales & medicinales quæstiones LXXXIV, circa hominis naturam & morbos aliquot, *Conrado Gesnero Tigurino* interprete, nunc primum in lucem editæ. Eædem Græce, longe quam antehac castigatiores, cum Scholiis quibusdam. His accedit Catalogus Medicamentorum simplicium & parabilium, quæ pestilentiæ veneno adversantur, quorum & veteres & recentiores clarissimi quique scriptores meminerunt, longe accuratissimus, cum brevi iisdem utendi institutione: qualis hactenus à nemine alio conscriptus est, authore Antonio Schnebergero, Tigurino. Tiguri, apud Iac. Gesnerum, 1562, in 8. Græcolatine. Græce, Lutetiæ, apud Morellum, 1541, in 8. Lugduni, apud Ioan. Paetsium, 1595, in 12. cum Theophylacti Simocati Physicis quæstionibus. Latine, *Adriano Iunio* interprete, & græci exemplaris castigatione ad finem adjecta, Francof. apud Christoph. Wechelum, 1541, in 4.

De Animalibus Quæstiones medicinales. Parisiis, apud viduam Conradi Neobarii, 1541, in 8. Græce.

CASTORIS DVRANTIS, *Gualdensis*

De bonitate & vitio Alimentorum Centuria. In qua continentur fere omnia quæ ad rectam victus rationem instituendam, & tuendam valetudinem pertinent. Pisauri, apud hæred. Bartholi Cæsani, 1595, in 4.

CELSI MANCINII, *Ravennatis*

De Somniis ac Synesi per somnia. De Risu, ac ridiculis. De Synaugia Platonica. Ferrariæ, apud Victor. Baldinium, 1591, in 4.

De Cognitione hominis quæ lumine naturali haberi potest, Pars prima in tres libros digesta. Ravennæ, apud Franc. Tebaldinum, 1586, in 4.

CELSI MARTINENGI, *Clarii*

De prævidendis morborum eventibus, libri tres. Ejusdem de Methodis Commentarius. Deque Artium structura libellus. Brixiæ, 1571, in 12. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Somaschum, 1584, in 4.

CHRISTIANI

De auri optima confectione, extat Græce, apud D. Ioannem Elichmannum, Medicum Leidensem.

CHRISTIANI ACIDALII, *Wislochiensis*

De Pleuritide Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

CHRISTIANI NEWENHAVS, *Monasteriensis*

De Soporis affectibus Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

CHRISTIANI WINCKELMANNI, *Weglebio-Halberstadiensis*

Tabulæ Institutionum Medicinæ Viri Clariss. Danielis Sennerti summam breviter & succincte exhibentes, in Tyronum Medicinæ gratiam concinnatæ & editæ. Wittebergæ, apud hæredes Zachariæ Schureri, 1636, in fol.

CHRISTOPHORI ARTOMII, *Thoruniensis*

De gravissimo Renum affectu, Calculo, Disputatio. Extat Decade I Disput. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1618, in 4.

CHRISTOPHORI BALLISTÆ, *Lutetiani*

De Re medica libri quinque. Tiguri, apud Froschoverum, 1546, in 8.

Concertatio in Podagram, versibus Elegiacis expressa. Tiguri, apud Gesneros ffr. 1555, in 8.

CHRISTOPHORI BARAVALI, *Montis-regalensis*

De Peste liber. In Monte-regali, apud Leonhardum Torrentinum, 1565, in 8.

De tempore dandi Catapotia. In Monte-regali, apud Torrentinum, 1565, in 8.

CHRISTOPHORI de BARZIZIIS, *de Bergamo*

Introductorium, sive Ianua ad omne opus practicum Medicinæ. Augustæ Vindel. apud Sigism. Grym, 1518, in 4.

Introductorium cum Practica Commentariorum ad Nonum Razis. Papiæ, apud Anton. de Carchano, 1494, in fol. emendantibus *Io. Ant. Bassino, & Petro Butzio, Medicis.*

De Febrium cognitione & cura liber. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1517, in 4. Et cum Marsilio de S. Sophia, Richardo, aliisque de febribus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1531, in fol. cum Clem. Clementini Lucubrationibus.

De Balneis excerpta extant operis Veneti de Balneis p. 225.

CHRISTOPHORI CACHETI, *Lotharingi*

Controversiæ Theoricæ practicæ, in primam Aphorismorum Hippocratis sectionem. Opus in duos partes divisum, Philosophis ac Medicis perutile, ac perjucundum, in quo quæcunque ad venæsectionem, purgationem, & probam victus rationem pertinent, non minus accurate, quam acute ac eleganter in utramque partem disputantur ac enodantur. Pars prima. Tulli Leucorum, apud Sebast. Philippe, 1612, in 8. apud Simon. San-Martellum, 1618, in 8.

CHRISTOPHORI ENCELII, *Salveldensis*

De re metallica, hoc est, de origine, varietate, & natura corporum

porum metallicorum, lapidum, gemmarum, atque aliarum quæ ex fodinis eruuntur rerum, ad medicinæ usum deservientium, libri tres. Francof. apud Christ. Egenolphum, 1557, in 8.

CHRISTOPHORI FABII BRECHTELII

Nomenclatura Pharmaceutica inserviens ad singula materiæ medicæ vasa & thecas, pro usu officinarum. Noribergæ, apud Paulum Kaufman, 1603, in fol.

CHRISTOPHORI FVNCCII, *Sagani Silesii*

De Sterilitate muliebri Disputatio. Extat Decade II Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1619, in 4.

CHRISTOPHORII HORNII

Hortulus Medicus, Hippocraticus, Spagyricus, Hermeticus, Poëticus. Cassellis, apud Wesselium, 1610, in 4.

De Auro medico philosophorum Dialogus Scholasticus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

CHRISTOPHORI GEORGII de HONESTIS, *Florentini*

Expositio super Antidotario Mesue. Addito tractatu de Aqua hordei, & modo faciendi Ptisanam secundum communem modum practicantium. Ferrariæ, apud Andr. Gallum, 1488, in fol. Venetiis, apud Lucant. Iuntam, 1527, in fol. cum Mesuæ operibus.

CHRISTOPHORI GVARINONII, *Veronensis*

Consilia medicinalia, in quibus universa Praxis medica exacte pertractatur. Venetiis, apud Thom. Baglionum, 1610, in fol.

CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI

Aristotelis libelli de Longitudine & brevitate vitæ, & de Divinatione per somnum, Latine translati & Scholiis illustrati, addito textu Græco. Basileæ, apud Westhemerum, 1536, in 4.

Antidotum contra Pestilentiam. Lipsiæ, 1540, in 8.

CHRISTOPHORI HENRICI AYRER

Methodica & succincta informatio Medici, praxin aggredientis. Francof. apud Ioa. Saurium, 1594, in 8.

Regimen Pestis & Dysenteriæ populariter grassantium præservandæ & percurandæ. Argentorati, apud Paulum Bohemum, 1607, in 4.

Epistolæ quædam Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

CHRISTOPHORI MEVRERI

De Anatomia Oratio. Lipsiæ, apud Lantzenberg, 1596, in 4.

CHRISTOPHORI HIEBLINI

De Lapide Bezoar tractatus. S. Galli, apud Leonardum Straubium, 1589, in 8.

CHRISTOPHORI OROSCII, *Hispani*

Annotationes in Interpretes Aëtii Med. præclarissimi. Basileæ, apud Rob. Winter, 1540, in 4.

Annotationes in Interpretes Pauli Æginetæ. Venetiis, apud Luc-Anton. Iuntam, 1536, in fol.

CHRISTOPHORI PITHOPOEI

Epistolæ quædam Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 112, & seqq.

CHRISTOPHORI PLANTINI

Icones stirpium, seu Plantarum tam exoticarum, quam indigenarum, in gratiam rei herbariæ studiosorum in duas partes digestæ. Cum septem linguarum indicibus, ad diversarum nationum usum. Antverpiæ, apud Ioa. Moretum, 1591, in 4.

CHRISTOPHORI PREIBISII

Fabrica corporis humani in gratiam nonnullorum literatissimorum juvenum octo disputationibus in alma Academia Lipsiensi comprensa. Lipsiæ, apud hæredes Schûreri, 1621, in 4.

CHRISTOPHORI RVMBRVM, *Vratislaviensis*

Exercitationes quædam de corporis humani partibus: quibus generatio, substantia, usus, sanitas, morbus, & curatio illorum exponitur. Basileæ, apud Henr. Petri, 1586, in 8.

CHRISTOPHORI SCHEINER

Oculus, hoc est: Fundamentum Opticum, in quo ex accurata oculi anatome, abstrusarum experientiarum sedula pervestigatione, ex invisis specierum invisibilium tam everso, quam erecto situ spectaculis, nec non solidis rationum momentis Radius visualis eruitur, sua Visioni sedes decernitur; Anguli visorii ingenium aperitur, &c. Oeniponti, apud Danielem Agricolam, 1619, in 4.

CHRISTOPHORI SCHILLINGI

Epistolæ quædam Medicę extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1548, in fol. pag. 109, & seqq.

CHRISTOPHORI SOTERI, *vulgo* HEIL, *Limothermei*

Artificialis medicatio, constans paraphrasi in Galeni lib. de Artis Medicæ constitutione. Moguntiæ, apud Ivonem Schœffer, 1534, in 4. cum Methodo cognoscendorum tam particularium, quam universalium morborum, Autore Bertrutio Bononiensi. & De idoneo Auxiliorum usu quædam ex Ioa. de S. Amando. ac Indice in Mesuæi & Nicolai Antidotaria.

CHRISTOPHORI à VEGA, *Complutensis*

Opera, nunc recens in unum volumen congesta, auctorisque postrema manu aucta & purgata. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1586, in fol.

Sunt autem:

De Arte medendi liber.

Com-

Commentaria in Galeni lib. de Differ. Febrium.
Commentarius de Vrinis.
Commentaria in librum Aphorismorum Hippocratis.
Prognosticorum Hippocratis è Græco in latinum versio, cum expositionibus ac annotationibus in Galeni commentaria.

Ex his seorsim extant:

De Arte medendi liber, qui universam artem medicam justa tractatione continet. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1565, in fol.

Commentaria in Galenum de Febrium differentiis: In Hippocr. Prognostica; & Aphorismos. Taurini, 1569, in 8. Lugduni, apud Rouillium, 1570, in 8.

Commentaria in librum Aphorismorum Hippocratis. Antigolæ, 1563, in 8. Lugduni, apud Clementem Baudin, 1570, in 8.

CLAVDII ÆLIANI

De Animalium natura libri XVII. *Petro Gillio Gallo* & *Conrado Gesnero Helvetio* interpretibus. Græcolatine. Tiguri, apud Gesneros ffr. 1555, in fol. Genevæ, apud Iacob. Stoer, 1616, in 12. Latine, Quos ex veteri exemplari Græco *Petrus Gillius* vertit. Lugduni, apud Guiliel. Rouillium, 1562, in 8.

CHRISTOPHORI ZIEGLERI, *Regiomontani*

De Epilepsia Disputatio. Extat Decade II Disput. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1619, in 4.

CLAVDII ALBERII, *Triumcuriani*

De Concordia Medicorum disputatio exoterica. Genevæ, apud Ioa. le Preux, 1585, in 8.

CLAVDII BADVELLI

Oratio de laudibus Artis Medicæ. Extat cum reliquis ejus operibus. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1544, in fol.

CLAVDII BOVCARDI

De Methodo Ioannis Griffonii in aperienda interiore vomica, Epistola: extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. I. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8, pag. 180.

CLAVDII BVRGENSIS

Apologia in Ludovicum Arrivabenum pro D. Iacobo Sylvio optimo jure ocreato. Extat cum Operibus Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iac. Chouët, 1630, in fol.

CLAVDII CAMPENSII

Hippocratis Aphorismorum nova interpretatio. Ejusdem in Aphorismos Annotationes, quibus illustrantur evidentissima Galeni errata. His deinde nexæ sunt Animadversiones simul cum Apologia in Galenum: itemque Naturales animadversiones in Aristotelem. Lugduni, apud Claud. Ravot, 1579, in 8.

CLAVDII CHAPVSII

De infelicissimo successu cauterii potentialis brachio applicati. Item de gravissimo tumore brachii ex cancro mammillæ

De Fungis læsarum partium corporis humani Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 127.

Epistola, in qua dubia nonnulla, circa probationem Acidularum Schwalbacensium moventur, ob laborem probationis nondum tum penitus finitum orta. Extat cum iis Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4.

DANIELIS SVEPPII

Epistolæ quædam Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis

Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

DANIELIS VLIERDENI, *Bruxellani*

Epiſtola, non minus Theologica, quam medica, oſtendens Medicum non corpori ſolum, verum etiam animæ ſuppetias dare, &c. Baſileæ, apud Frobenium, 1544, in 8.

Conſilia quædam de Arthritide extant eo in opere, quod *Henricus Garetius* edidit Francof. apud Ioá. Wechelum, 1592, in 8.

DANIELIS WINCLERI, *Vratiſlavienſis*

Animadverſiones in tractatum qui inſcribitur: Diſſertatio de Vita fœtus in utero, qua luculenter demonſtratur, infantem in utero nõ anima matris, ſed ſua ipſius vita vivere, propriaſque ſuas vitales actiones etiam in alvo materna exercere, & matre extincta ſæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi poſſe: adeoq; à Magiſtratu in bene conſtitutis Rebuſp. non concedendum, ut vel ulla gravida rebus humanis exemta ſepeliatur, priuſquam ex ejus utero fœtus exciſus, vel ad minimum ſectione an infans adhuc vivus, an vero mortuus ſit, exploratum fuerit. Ienæ, apud Tob. Steinmannum, 1630, in 4.

DAVIDIS CHYTRÆI

Oratio de ſtructura humani corporis & expreſſis in ea, ſapientiæ divinæ & virtutum veſtigiis. Roſtochii. apud Iac. Lucium, 1579, in 8.

DAVIDIS CRVSII, *Crimnicenſis*

Theatrum morborum Hermetico-Hippocraticum, ſeu Methodica morborum, & curationis eorundem diſpoſitio: multis elegantiſſimis problematis, ac Hermeticæ medicinæ floſculis illuſtrata. Erfurti, apud Ioa. Epiſcopium, 1615, in 8.

Theatri morborum Hermetico Hippocratici, ſeu Methodicæ morborum & curationis eorundem diſpoſitionis Pars poſterior. Ibidem, apud eundem, 1616, in 8.

DAVIDIS KYBERI, *Argentinenſis*

Lexicon Rei herbariæ Trilingue, ex variis & optimis, qui de Stirpium hiſtoria ſcripſerunt, autoribus concinnatum. Item Tabulæ Collectionum in genere, & particulatim per XII Menſes, in uſum pharmacopolarum conſcriptæ per Conradum Geſnerum, in quibus obiter ſtirpium quarundam nomina Germanica, & alia quædam à nemine hactenus tradita docentur. Argentinæ, apud Wendelinum Rihelium, 1553, in 8.

DAVIDIS KYNALOCHI, *Scoti*

De Hominis procreatione lib. I. De Anatome & morbis internis lib. II. Extat parte II Deliciarum Poëtarum Scotorum. Amſtelredami, apud Ioan. Blaeu, 1637, in 12.

DAVIDIS LAGNEI

Harmonia, ſeu Conſenſus Philoſophorum Chemicorum, maximo cum labore & diligentia in ordinem digeſtus, & à nemine

mine alio hac methodo distributus. Parisiis, apud Claud. Morellum, 1611, in 16. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

DAVIDIS LIPSII, *Iscanii*

Ἐξίτασις ἰατρικὴ μεθοδικὴ Galenico-Spagyrica de Hydropisis, ejusque specierum triplicium causis, signis, præservandi, curandique modo optimorum quorumque medicorum, veterum & recentium monitis & verbis conscriptus, & editus, publicæ salutis omnium Hydropicorum causa, quorum vel tuenda sanitas est, vel reparanda. Lipsiæ, apud Wittelianum, 1625, in 4.

Demonstratio exemplis & rationibus Hominem non solum per aliquot dies & menses, sed per complures annos absque cibo & potu vitam transigere posse. Extat cum Miscellaneis Henrici Smetii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8.

DAVIDIS de POMIS, *Hebræi*

Enarratio brevis, de Senum affectibus præcavendis, atque curandis; rationali methodo decorata, æque atque præstantissimis, arcanisque auxiliis, in quibusdam profligandis morbis insignita. In qua, quod singulæ humani corporis pravæ constitutiones haud absque innati caloris oppressione, defectuve oriri possint, passim liquidoque ostenditur. Accessit præterea Dioclis epistola ad Antigonum regem, pro tuenda valetudine conscripta, ac scholiis non spernendis, exposita. Venetiis, apud Ioa. Variscum, 1588, in 4.

De Medico Hebræo. Enarratio Apologica. In qua tum quamplurima alia notatu digna reperiuntur; tum etiam quod magna inter Hebræum & Christianum adsit affinitas; quodque mutua inter eorum utrumque dilectio (jure divino) esse debeat, pervalidis rationibus passim demonstratur. Venetiis, apud Ioan. Variscum, 1588, in 4.

DAVIDIS STEGMANNI, *Memmingensis*

De difficultate partus Disputatio. Extat Decade v Disputationum quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1621, in 4.

DAVIDIS VERBEZII, *Carno-Lubeani*

Exercitationum medicarum super Disputatione quadam de Peste liber unus. Campoduni, apud Christoph. Kraus, 1618, in 4.

Pro Raymundi Mindereri Disquisitione Iatro-chymica de Chalcantho, ad Dodecaporii Chalcanthini Petri Castelli partem priorem responsio. Qua simul Aëtii Cleti Signini Disputatio de Chalcantho, in R. Mindererum potissimum Romæ edita examinatur. Aug. Vindelic. apud Seb. Mylium, 1626, in 4.

DEMETRII, *Constantinopolitani*

De re accipitraria liber. Græce, & Latine redditus à *Petro Gillio*. Lutetiæ, apud Sebast. Cramoisy, 1612, in 4. cum Rei accipitrariæ Scriptoribus. & seorsim Latine eodem interprete Lugduni,

duni, apud Guiliel. Rouillium, 1562, in 8. cum Æliani Historia Animalium.

DEMETRII CANEVARII, *Genuensis*

Morborum omnium qui corpus humanum affligunt, ut decet, & ex arte curandorum accurrata & plenissima Methodus. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1605, in 8.

De Ligno Sancto Commentarium: in quo præcipuæ qualitates ejus, & facultates omnes exacta diligentia exprimuntur, ex illisque lignum quoddam, quod nuper in Italiam delatum est, pseudolignum Sanctum, & nullo modo verum, ejus Fautoribus accurato examine demonstratur. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1602, in 8.

DEMETRII PEPAGOMENI

De Podagra, & id genus morbis liber, quem ab eo petivit Imperator Michael Palæologus. Parisiis, apud Guil. Morellum, 1558, in 8. Græce & Latine.

DEMOCRITI

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: seu de Re rustica selectorum lib. xx. Græce *Ioa. Alex. Brassicani* opera in lucem editis, Basileæ, apud Robert. Winter, 1539, in 8. Latine autem, *Iano Cornario* interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

DEMOCRITI, *Abderitæ*

De Arte sacra: sive, de rebus naturalibus & mysticis libellus, ex venerandæ Græcæ vetustatis de arte Chymica relliquiis erutus: nec non Synesii, & Pelagii, Antiquorum Philosophorum, in eundem Commentaria. Interprete *Dominico Pizimentio Vibonensi Italo*. Extat cum Ant. Mizaldi Memorabilium, sive Arcanorum omnis generis Centuriis novem, Coloniæ, apud Ioa. Birckmannum, 1574, in 16.

Physicorum & Mysticorum liber. Extat mss. Græce cum Synesii & Stephani Commentariis, Lugduni Batav. apud Doctiss. Med. Ioannem Elichmannum.

DEMOSTHENIS

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum: scilicet, De oculorum inflatione: illabentibus in oculum animalculis aut paleis, aut arena: oculorum debilitate, obfuscatione, suffusione: eversione palpebræ, lagophthalmis, lippitudine dura, abscessu in palpebris, tetrab. 2, serm. 3, cap. 12, 16, 44, 48.

DIDACI LOPII

De Elementis liber. Conimbricæ, 1600, in 4.

DIDACI MORANI, *Lusitani*

Apologiæ tres; I, de Epilepsia hysterica. II, de Venæ sectione in fluore nimio hæmorrhoidum. III, de Ventris tumore. Orthesii, apud Abrahamum Rouyerium, 1626, in 4.

DIDYMI

De re rustica fragmenta aliquot extant eodem Γεωπονικῶν, sive de Re rustica opere Græco Latinoque sæpius citato.

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce quidem Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine vero ex interpretatione *Ioa. Ruellii*, Parisiis, apud Simonem Colineum, 1530, in fol.

Quæ collabentes comitiales excitant fragmentum, extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 2, serm. 2, cap. 15.

DINI de GARBO, *Florentini*

De Cœna & Prandio Epistola. Extat cum Andr. Thurini Operibus. Romæ, apud Hieron. de Cartulariis, 1545, in fol. impressis.

Recollectiones in Hippocratem de Natura fœtus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1502, in fol. cum aliis ejusdem argumenti libris.

Chirurgia, cum tractatu ejusdem de Ponderibus, & mensuris: nec non de Emplastris & Vnguentis. Additi sunt insuper Gentilis de Fulgineo super tractatu de Lepra: & Gentilis de Florentia super tractatibus de Dislocatione & fracturis commentarii. Ferrariæ, apud Andr. Gallicum, 1485, in fol. Venetiis, apud Lucant. Iuntam, 1536, in fol.

DIOCLIS CARISTII

De tuenda sanitate ad Antigonum Regem libellus. *Albano Torino* interprete, Basileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol. cum Alex. Tralliano ejusdem. *Antonio Mizaldo* interprete, Lutetiæ, apud Morellum 1572, in 8. Francof. apud Ioh. Saurium, 1612, in 12. cum Schola Salernitana.

Aurea ad Antigonum Regem Epistola, de morborum præsagiis & eorundem extemporaneis remediis. *Antonio Mizaldo* interprete. Lutetiæ, apud Federicum Morellum, 1572, in 8.

DIOGENIS

Purgatorium pituitam ducens, extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 1, serm. 3, cap. 109.

DIOMEDIS AMICI

De Morbis sporadibus opus novum: in quo singulari cum facilitate, exactoque judicio ea omnia, quę ad illarum corporis affectionum diagnosticen, prognosticen, therapeuticen, prophylacticen, analepticen: item ad gerocomicen: denique ad tria medica instrumenta in universum pertinent, plenissime explicantur. Venetiis, apud Ioa. Anton. de Franciscis, 1605, in 4.

De Morbis communibus liber; ejusdem Tractatus de Variolis, & Appendix ad librum de morbis communibus, in quo agitur de causa præsentis tempestatis. Venetiis, apud Francisc. de Franciscis, 1596, in 4.

DIOME-

DIOMEDIS CORNARII, *Suiccaviensis*

Consiliorum medicinalium habitorum in Consultationibus à Clariss. atque expertissimis apud diversos ægrotos, partim defunctis, partim adhuc superstitibus medicis, tractatus. Lipsiæ, apud Mich. Lantzenberger, 1595, in 4. Additæ sunt Observationum medicinalium partim ab Autore, partim ab aliis eruditissimis Viris annotatæ præmeditationes. Item Historiæ admirandæ raræ, ab eodem collectæ. Additæ quoque sunt Orationes quædam ab eodem habitæ.

DIONYSII ATHANASII

Elegia in Gabrielem Fallopium, Medicorum atque Philosophorum sui temporis facile principem conscripta. Extat cum Fallopii de Aquis Thermalibus libris, Venetiis, apud Ludov. Avantium, 1564, in 4.

DIONYSII FONTANONI, *Montis-Pessulani*

De Morborum internorum curatione libri quatuor. In lucem dati à *Ioanne Renerio*. qui singulis capitum initiis causas & signa morborum ex veteribus classicis appinxit. Lugduni, apud Frellonium, 1550, in 8. apud Ant. Vincentium, 1556, in 16. Francof. apud Nic. Bassæum, 1600, in 8. Huic editioni accesserunt Selectæ observationes chirurgicæ quinque & viginti Guil. Fabricii Hildani. Item ejusdem de Gangræna & Sphacelo tractatus methodicus & succinctus.

Cephalalgiæ à Gallico morbo curatio. Extat in Appendice ad tomum 1 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 94.

DIONYSII ZACHARII, *Galli*

Opusculum Philosophiæ naturalis metallorum. Extat cum Bern. Trevisani de Chymico miraculo, &c. libro, à *Gerardo Dorneo* edito Basileæ, apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 777.

DIOPHANIS

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: seu de Re rustica selectorum lib. xx. Græce *Ioa. Alex. Brassicani* opera in lucem editis, Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latine autem, *Iano Cornario* interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione *Ioa. Ruellii*, Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

DIOSCORIDIS

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum; scilicet, Communia auxilia febrium per circuitum repetentium, tetrab. 2, serm. 1, cap. 88.

Auxilia ad comitiales, tetrab. 2, serm. 2, cap. 16.

Cataplasmata oculorum lippientium, tetrab. 2, serm. 3, cap. 96.

DOMINICI BERTACCHII, *Camporegianensis*

De Spiritibus libri quatuor: nec non de Facultate vitali libri tres. Venetiis, apud Bernard. Iuntam, 1584, in 4.

DOMINICI BUCII, *Carmignolii*

Quæsita quatuor medicinalia, juxta Hippocratis & Galeni sententiam examinata. I, An pueros citra XIV annum purgare liceat? II, An in quolibet morbo magno, assentientibus viribus, & ætate, mittendus veniat sanguis? III, An à morborum principio purgandum sit? IV, An in morbi augmento vacuare, seu purgare expediat? Venetiis, apud Ioa. Gryphium, 1551, in 8. Lutetiæ, apud Barth. Honoratum, 1555, in 16. cum Marci Ant. Montisiani medicis quæstionibus.

DOMINICI FORELLI

Consilia Medica extant eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Franc. apud Ioa. Sartorium, 1605, in 4.

DOMINICI LEONI, *Lunensis de Zuccano*

Ars medendi humanos particularesque morbos à vertice usque ad pedes, in tres sectiones divisa, quarum prima Capitis; secunda Membrorum spiritalium; tertia Membrorum nutritioni & generationi famulantium passiones continet. Bononiæ, apud Ioan. Rossium, 1583, in fol. Francof. apud Hæred. Wecheli, 1627, in 8.

Methodus curandi Febres, Tumoresque præter naturam, ex Græcorum placitis deprompta. Bononiæ, apud Ioa. Rubeum, 1562, in 4.

De Morbo Gallico Caput ex Methodo curandi febres, &c. extat in Appendice ad primum tomum Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 48.

DOMINICI MASSARII, *Vicentini*

De Ponderibus & Mensuris medicinalibus libri tres. Papiæ, apud Bernardin. de Garaldis, 1516, in fol. cum Angeli Bolognini, Alex. Benedicti, Ioa. Almenar, & aliorum operibus. postea vero ab innumeris mendis *Conradi Gesneri* opera repurgati, Tiguri, apud Froschoverum, 1584, in 8. Huic accedunt etiam alia quædam ejusdem argumenti; omnia studio *Caspari Wolphii Tigurini* in lucem edita.

DOMINICI TERELII, *Lucensis*

De Generatione, & Partu hominis libri duo. Lugduni, apud Alex. Marsilium, 1578, in 8.

DOMINICI TERILLI, *Veneti*

De causis mortis repentinæ distinctissima tractatio, in qua etiam disputatur, quid sit mors, & vita in genere, & quæ mortis causæ communes. Singula vero, quæ de causis mortis repentinæ enarrantur, historiis & observationibus ad rem facientibus locupletantur. Venetiis, apud hæred. Damiani Zenarii, 1615, in 4.

De Vesicantium recto usu, ac utilitatibus, mirificisque in praxi

praxi eorum fructibus. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Bartonum, 1607, in 4.

DOMINICI ZONELLI

De expuitione purulenta cum Tussi & Febricula Consilium, extat eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 157.

DONATI ANTONII ab ALTOMARI

Opera omnia in unum collecta, & ab eodem Auctore diligentissime recognita & aucta: cum locis omnibus in margine additis. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1565, in fol. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1574, eadem forma. Huic edit. accesserunt duæ tabulæ de Pulsibus: & Emendatio ponderum per columnas.

Sunt autem hæc:

De Vtero gerentibus.
De Alteratione, concoctione, digestione, præparatione, ac purgatione.
De Sedimento in urinis.
Quod functiones principes juxta Galeni decreta anima non in cerebri sinubus, sed in ipsius corpore exerceat.
Quod naturalis spiritus in doctrina admittatur, & non omnino sit abolendus, ut quibusdam visum est.
Quod exquisita tertiana, ad ejusdem Hippocratis & Galeni sententiam in genere acutorum morborum contineatur.
De Sanitatis latitudine.
De medendis humani corporis malis ars medica.
De medendis Febribus.
De Pestilenti febre.
De Mannæ differentiis, ac viribus, deque eas dignoscendi via ac ratione.
De Vinaceorum facultate, & usu.

Scorsim extant:

Methodus alterationis, concoctionis, digestionis, præparationis, ac purgationis. Venetiis, apud Gryphium, 1547, in 4.

Ars medica de medendis morbis. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1553, in 4. Lugduni, apud Frellonium, 1559, in 8. Venetiis, apud Paulum Mejettum, 1597, in 4.

De Medendis Febribus. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1555, in 4.

DONATI à MVTIIS, *Ragusæi*

Epistola de Therebinthinæ resinæ facultatibus. Lugduni apud Melch. & Gaspar. Trechsel, 1534, in 8. cum Pentapharmaco Gallico Symphoriani Campegii.

In interpretationem Galeni super quatuordecim Aphorismos Hippocratis Dialogus. Multa in hoc dialogo, præter omnium fere Medicorum hactenus observationem, raræ & abstrusæ

eruditionis enucleantur: multa in Galeni interpretationes argutissime animadvertuntur: non pauca denique ad medicæ artis perfectionem hactenus desiderata circa finem dialogi explicantur. Anno 1547, in 4.

DVNCANI BORNETTI, *Scoti*

Iatro-chymicus, sive de Præparatione, & compositione medicamentorum chymicorum artificiosa tractatus. Editus studio *Joan. Dav. Mylii.* Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1616, in 4.

DVNCANI LIDDELII, *Scoti*

Operum Iatro-Galenicorum, ex intimis artis Medicæ adytis, & penetralibus erutorum tomus unicus. Nunc recens ab erroribus, & tractatuum & capitum ἀταξίᾳ vindicatus; notatiunculis aliquot in margine auctus, & illustratus, opera & studio *Ludovici Serrani, Neomagensis.* Lugduni, apud Antonium Chard, 1624, in 4.

Hæc Opera septem libris comprehenduntur:

I. Est de Physiologia.
II. De Pathologia.
III. De Signis Medicis.
IV. De Therapeutica, & de Victus ratione in sanis & ægris.
V. VI. VII. De Febribus & earum Symptomatibus, de Peste, de Variolis, & Morbillis.

Seorsim extant:

Ars Medica succincte & perspicue explicata. Hamburgi, apud Frobenium, 1607, in 8, & 1628, in 8. Huic editioni accessit ejusdem Tractatus de dente aureo pueri Silesii contra Horstium, ex Musæo *Ioachimi Morsii* nunc primum prolatus.

De Febribus libri tres. Ibidem, 1610, eadem forma.

Vniversæ Medicinæ Compendium, quod nervosis aliquot disputationibus in illustri Iulia quondam inclusit. Helmæstadii, apud hæred. Iacobi Lucii, 1620, in 4.

Sunt autem Disputationes:

Physiologicæ decem.
Pathologicæ novem.
Semeioticæ tres.
Therapeuticæ septem.
De Febribus decem.

DVRANTIS SCACCHI, *Fabrianensis*

Subsidium Medicinæ, in quo quantum docta manus præstet ad immanes morbos evellendos, mirum in modum elucescit. Vrbini, apud Ragusios, 1596, in 8.

E.

EBENESI

Commentarii in V Canonem Avicennæ. Venetiis, apud Domitium de Tridino, 1547, in fol. cum Avicennæ libro de Removendis

movendis nocumentis, quæ accidunt in regimine Sanitatis.

EDMVNDI HOLLINGI, *Eboraceni*

De Chylosi, hoc est, prima ciborum, quæ in ventriculo fit, concoctione, pro veteri Medicorum Schola, Disputatio. Ingolstadii, apud Alexandrum Weissenhorn, 1592, in 8.

Medicamentorum œconomia nova. Ingolstadii, apud Elisabetham Angermariam, 1615, in 8.

EDOARDI WOTTONI, *Oxoniensis*

De differentiis Animalium libri decem. Lutetiæ Parisiorum, apud Vascosanum, 1552, in fol.

EFFERRARII, *Monachi*

De lapide Philosophorum secundum verum modum formando Epistola. Extat cum Veræ Alchemiæ scriptoribus aliquot, à *Guil. Gratarolo* collectis; Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 232, tomi II. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

ELIÆ BONVINII

De Theriaca liber, quo de Theriacæ descriptione, ingredientium delectu, quantitate, præparatione, ipsius denique antidoti compositione, ex Andromachi Senioris mente agitur. Vratislaviæ, apud Georgium Bauman, 1610, in 8.

ELLVCHASEM ELIMITHAR, *de Baldach*

Tacuini sanitatis, de sex Rebus non-naturalibus, earum naturis, operationibus, & rectificationibus, publico omnium usui, conservandæ Sanitatis, recens exarati. Additi sunt Albengnefit de Virtutibus Medicinarum, & Ciborum: Iacobus Alkindus de rerum gradibus. Argentorati, apud Ioa. Scottum, 1531, in fol.

EMANVELIS NONNII, *Olysipponensis*

De tactu, & tactus organo liber unus. Olysipponæ, apud Antonium de Lyra, 1589, in 8.

EMANVELIS STVPANI, *Basiliensis*

Vere aureorum Aphorismorum Hippocratis enarrationes, & commentaria aphoristica, nova methodo ejusmodi in ordinem digesta, quo generalibus præcedentibus tabulis, quilibet Aphorismi ad proprium suum redacta locum; Physiologici in Physiologia, &c. juxta uniusque Iatrices partis sectionum pertractantur seriem; ex iisdemque prima principia, & præcipua totius artis Medicæ, pulcre eliciuntur fundamenta, & complures gravissimæ deciduntur controversiæ. Basileæ, apud eundem, 1615, in 8.

EMANVELIS SWEERTII, *Septimontii*

Florilegium, tractans de variis floribus & aliis Indicis plantis, ad vivum delineatum, duabus partibus & quatuor linguis concinnatum. Francof. apud Antonium Kempner, 1612, in fol.

EMANVELIS VRSTISII

De gravissimis quibusdam capitis aliarumque partium vulneribus, & fœtore cadaveris post mortem maximo ac teterrimo. Item

Item de Cornuto quodam homine hiſtoria admiranda, Obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 99.

De Pleuritide notha Epiſtola, extat Cent. I Epiſtol. Hildani. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 308.

EPIPHANII, *Epiſcopi Conſtantiæ*

Ad Phyſiologum D. Conſali Ponce de Leon Hiſpalenſis interpretis & Scholiaſtæ, bimeſtre otium. Romæ, apud Zanettum & Ruffinellum, 1587, in 4, Græce & Latine.

De XII Gemmis, quæ erant in veſte Aaronis, liber græcus, & è regione latinus, *Iola Hierotarantino* interprete, cum Corollario *Conradi Geſneri*. Extat cum opere de Omnium foſſilium genere à Geſnero edito, Tiguri, apud Iacob. Geſnerum, 1566, in 8.

EPIPHANII FERDINANDI, *Meſſapienſis*

Theoremata Medica & Philoſophica, mira doctrinæ varietate, novoque ſcribendi ordine donata, & in tres libros digeſta. Venetiis, apud Thomam Ballionum, 1611, in fol.

Centum hiſtoriæ, ſeu Obſervationes & caſus medici, omnes fere medicinæ partes, cunctoſque Corporis humani morbos continentes, quæ non minus ob Theoricam, & praxin, quam ob variam eruditionem, aureaſque digreſſiones, erunt Philoſophis, & Medicis, aliarumque bonarum artium ſtudioſis apprime utiles, neceſſariæ, ac perjucundæ, lectuque digniſſimæ. Ibidem, apud eundem, 1621, in fol.

ERASINI

Laudes Medicinæ, verſu redditæ per Eobanum Heſſum. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

ERASMI REMBOLDI

Epiſtola Medica extat cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

ERASMI STELLÆ, *Libanothani*

De Gemmis libellus unicus. Accedit Plinius Secundus de Gemmis. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

ERHARDI CELLII

De vita & morte nobilis ac Clariſſ. viri Philippi Apiani Ingolſtadienſis, Med. Doct. ac Profeſſ. in Academia Tubingenſi. anno MDLXXXIX, die IV Novemb. pie in Chriſto mortui. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1591, in 4.

ERHARDI HEDENECCII, *Villacenſis*

Μνημονευτικὸν ſeptem Hippocratis Aphoriſmorum ſectionum, in *φιλιατρῶν* gratiam & uſum tabulis comprehenſum. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1585, in 4.

ERNESTI FRIDERICI FABRICII, *Charitini*

Medicinæ utriuſque Galenicæ & Hermeticæ Anatome Philoſophica, brevem, ſuccinctam & perſpicuam abſolutæ artis Medicæ oculis ſubjiciens Sciagraphiam. Francof. apud Ioh. Frider. Weiſſenhorn, 1633, in fol.

ERNE-

ERNESTI HEINRICI

Epistolæ quædam Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergę, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ERNESTI REVCHLINI

Amuletum contra Pestilentiam. Magdeburgæ, apud Andr. Ghene, 1564, in 8.

ERNESTI SONERI, *Noribergensis*

Epistolæ quædam Medicæ extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625 in 4.

De Melancholia Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

EROTIS

Muliebrium liber, extat in Gynæciorum libris ab *Ir. Spachio* editis, pag. 42. Cum Medicis antiquis, Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 71.

ESDRÆ

Antidotus extat apud Aetium Amidenum, tetrab. 4, serm. 1, cap. 101.

EVACIS, *Regis Arabum*

De Gemmis scriptum, olim à Poeta quodam non infeliciter carmine redditum, & nunc primum in lucem editum. Opera & studio *D. Henrici Rantzovii*. Lipsię, apud Georg. Defnerum, 1585, in 4.

EVANDROPHYLACTIS

Adversus Acesiam Cacodoxum, qui se falso Eudoxum Philalethem facit, Antapologia. Brixiæ, apud hæredes Damiani Turrini, 1572, in 4.

EVANGELISTÆ QVATRAMMI, *de Augubio*

Tractatus brevis de Præservatione & Curatione Pestis. Romæ olim ante XXX annos editus. Iam vero ex Italico Latinus opera *Andr. Hiltebrandi M.* Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1618, in 8.

EVCHARII RHODIONIS

De Partu hominis, & quæ circa ipsum accidunt, adeoque de Parturientium & Infantium morbis, atque cura libellus. Francof. apud Christoph. Egenolphum, 1551, 1556, in 8.

EVDOXI PHILALETHIS

Adversus calumnias & sophismata cujusdam Personati, qui se Euandrophylacten nominavit, Apologia. Veronæ, apud Sebast. à Donnis, 1573, in 4.

Adversus calumnias cujusdam personati pro libello de Febre pestilente Hieronymi Donzellini Apologia. Venetiis, apud Sebast. à Donnis, 1574, in 4.

EVMELI

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione *Ioannis Ruellii*, Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

EVRICII CORDI, *Simesusii*

Botanologicon, sive Colloquium de Herbis. Coloniæ, apud Ioa. Gymnicum, 1534, in 8. Parisiis, apud Morellum, 1551, in 16. una cum Valerii Cordi Annotationibus ad Dioscoridem.

Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca in Latinos versus redacta. Francof. apud Christoph. Egenolphum, 1532, in 8.

Iudicium de Herbis, & medicamentis simplicibus. Ibidem, 1549, cum Dioscoridis contextu, & Gualtheri Ryffii Scholiis.

De abusu Vroscopiæ conclusiones, earundemque enarrationes, adversus mendacissimos errones medicastros, qui imperitam plebeculam, vana sua uroscopia & medicatione, misere bonis & vita spoliant. Ibidem, 1546, in 8.

EVSTACHII MATERENSIS

Carmina de Bajanis Thermis, quibus quæque morbis medeantur. Venetiis, 1587, in 4.

EVSTACHII QVERCETANI

Acroamatũn in librum Hippocratis de Natura hominis Commentarius unus. Basileæ, apud Ioa. Oporinum, 1549, in 8. cum ejusdem Scholiis in lib. Gal. de Temperamentis.

EVSTACHII RVDII, *Vtinensis*

De usu totius corporis humani liber. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1588, in 4.

Liber de Anima. In quo probatur Galenum de Vegetalis, & Sentientis animæ substantia reliquis omnibus rectius sensisse; veriora tum mortis, tum vitæ principia & causæ traduntur, nec non rationalis animæ immortalitas efficacissimis rationibus probatur. Patavii, apud Petrum Bertellum, 1611, in 4.

De Pulsibus libri duo. Qui omnia, quæ à Galeno decem & octo libris de Pulsibus dicta sunt, sed clara nihilominus, & accurata methodo complectuntur. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1602, in 4.

Ars Medica, seu de omnibus humani corporis affectibus, sive internas ejus, sive externas partes, sive etiam totum corpus obsideant, medendis, Libri quatuor. Ipsam etiam Theoricam partem vulgo dictam totam, & Practicam sinu suo complectens, & non solum Therapeuticen, seu Curatricem, verum quoque Prophylacticen, aut Conservatricem, & tam Chirurgicen, quam Physicen appellatam, cum Veteribus Græcis, & Arabibus, tum recentioribus nostræ ætatis doctissimis & expertissimis Medicis usitatam, exactissimo ordine dispositam, singulari cum facilitate fuse pariter, ac methodice docentes, & explicantes. Liber primus, in quo de Capitis, Cervicis, Thoracisque vitiis disseritur. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1590, apud Ioa. Ant. & Iac. de Franciscis, 1608, in fol.

Artis Medicæ, aut de Humani corporis affectibus, sive internas ejus, sive externas partes, sive etiam totum corpus obsideant, meden-

medendis, Liber secundus: Partium nutritioni, generationi, articulationibusque inservientium affectus accurata valde, & perspicula, perfectaque methodo explanans. Ibidem, apud utrosque, iisdem annis, ac formis.

Artis Medicæ, ac de Humani corporis affectibus medendis, Liber tertius, in quo de Febribus, & aliis totum corpus obsidentibus vitiis agitur, atque omnis fere Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, Prognosticæ, Therapeuticæ doctrina, & Theoremata brevissime, simul, & uberrime, &c. traduntur. Ibidem, apud eosdem, anno, forma iisdem.

De Affectibus externarum corporis humani partium, Libri septem. In quorum primis quinque de Morbis; in duobus reliquis de Symptomatibus quam accurate differitur; utrisque & Chirurgis, & Physicis communes, & utilissimi. Venetiis, apud Ioa. Ant. & Iac. de Franciscis, 1606: apud Societatem, eodem anno, in fol.

De Vlceribus libri tres, non minus Physicis, quam Chirurgis vocatis Medicis utilissimi. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1602, in 4.

De Morbis occultis, & venenatis libri quinque. In quibus hæc Medicinæ pars, reliquarum omnium præstantissima, & utilissima, quæ hactenus tenebris circumsepta jacuit, soloque empirico ritu tractata fuit, ad lucem, & certam rationalem methodum revocatur. Venetiis, apud Thomam Baglionum, 1610, in fol.

EWALDI VOGELII

De Lapidis Physici conditionibus liber: quo abditissimorum Auctorum Gebri & Raymundi Lullii methodica continetur explicatio. Et Chemistarum omnium opera tanquam ad normam examinantur, utrum in perfectionis via consistant, nec ne. Extat volumine III Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

EZECHIELIS BEYER

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

F.

FABIANI SOMMERI

De inventione, descriptione, temperie, viribus, & usu Thermarum Carolinarum. Lipsiæ, apud Vœgelium, 1571, in 8. apud Abrahamum Lamberg, 1589, in 8.

FABII COLVMNÆ

Φυτοβάσανος, sive Plantarum aliquot historia: in qua describuntur diversi generis Plantæ veriores, ac magis facie, viribus respondentes, antiquorum Theophrasti, Dioscoridis, Plinii, Galeni, aliorumque delineationibus, ab aliis hucusque non animadversæ. Accessit insuper Piscium aliquot, Plantarumque novarum histo-

ria.

ria. Neapoli, apud Io. Iac. Carlinum & Ant. Pacem, 1592, in 4.

Minus cognitarum rariorumque nostro cœlo orientium stirpium ἔκφρασις. Qua non paucæ ab Antiquioribus Theophrasto, Dioscoride, Plinio, Galeno, aliisque descriptæ, præter illas etiam in Φυτοβασάνῳ editas disquiruntur ac declarantur. Item, De Aquatilibus aliisque nonnullis animalibus libellus. Romæ, apud Iacobum Mascardum, 1616, in 4.

Purpura, hoc est, de purpura ab animali testaceo fusa, de hoc ipso animali, aliisque rarioribus testaceis quibusdam tractatus. Romæ, apud eumdem, 1616, in 4.

FABII PACII, *Vicetini*

Commentarius in sex priores Galeni libros Methodi medendi. Vicetiæ, apud Georg. Græcum, 1598, in fol.

Commentarius in septimum Galeni librum Methodi medendi, quæstionibus physicis, & Medicis refertus: & de Morbo Gallico per Methodum curando. Vicetiæ, apud Franc. Grossum, 1608, in fol.

FABII PAVLINI, *Vtinensis*

Disputatio de Viperis in trochiscorum apparatu pro Theriaca adhibendis. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4.

Prælectiones Marciæ, sive Commentaria in Thycydidis historiam, seu narrationem de Peste Atheniensium. Venetiis, apud Iuntas, 1603, in 4.

In libros Artis medicinalis Galeni per tabulas œconomia. Extat cum Operibus Ioan. Argenterii, Hanoviæ, apud hæredes Cl. Marnii, 1610, in fol.

FABRITII BARTOLETI, *Bononiensis*

Encyclopædia Hermetico-Dogmatica, sive orbis doctrinarum medicarum Physiologiæ, Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, & Therapeuticæ. Bononiæ, apud Sebast. Bonomium, 1619, in 4.

FABRITII COCANARII, *Tiburtis*

Theonoston, seu de Vita producenda, atque incolumitate corporis conservanda dialogus. Coloniæ, apud Gerhardum Grevenbruch, 1620, in 4.

FABRITII VEZALI

De Expuitione cruenta cum Febre hectica Consilium extat eo in opere, quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 159.

FEDERICI CHRYSOGONI, *Iadertini*

De modo Collegiandi, Prognosticandi, & Curandi febres, nec non de humana felicitate, ac denique de fluxu & refluxu maris, Lucubrationes. Venetiis, apud Io. Ant. de Sabbio, 1528, in f.

FELICIANI BETERÆ, *Brixiani*

De cunctis humani corporis affectibus. Maligna scilicet & deleteria qualitate. De Febribus malignis & pestilentibus, De

Morbo

Morbo Gallico, Venefico, Malignitate, Feritate, Cacurgia, Veneno, Corruptione, Putredine, Fermentatione. De Putredinis pestilentis forma, morbisque fulminantibus, & vulgaribus pro tertii libri Aphorismorum ordine præsagiendis, desumpta occasione ex peste Brixiana anni 1577, exactissima tractatio. Quæ in duodecim libris resolvitur. Vbi tota fere Ars medica ad summum causarum, signorum, curationumque maximo cum ejusdem quotidiano fructu, per divinum veluti quoddam sublimata est. Brixiæ, apud Franc. Thebaldinum, 1629, in fol.

Enarrationes in morborum malignitatem, in obitu Michaelis Boni Brixiæ Prætoris celeberrimi. Brixiæ, apud Sabbios, 1611, in fol.

FELICIS CASTELLI

Consilia Medica extant eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

FELICIS HEMMERLIN

De Balneis naturalibus excerpta extant Operis Veneti de Balneis, pag. 290.

FELICIS PLATERI, *Basiliensis*

De Partium corporis humani structura, & usu libri tres. Tabulis methodice explicati, Iconibus accurate illustrati. Basileæ, apud Ambrosium Frobenium, 1583, in fol. apud Ludov. Konig, 1603, eadem forma.

De Mulierum partibus generationi dicatis, Icones, una cum explicationibus, ipsarum delineationem accurate ostendentes. Tabulæ, structuram usumque harum methodice describentes. Quibus quoque quo pacto ossa mulieris à viri ossibus hisce sedibus varient, breviter adjectæ fuerunt. Observationes & curationes aliquot affectuum partibus hisce accidentium. Partim ex opere ipsius Anatomico prius excuso, partim ex observationum libro nondum edito deprompta extant in Gynæciorum libris ab *Isr. Spachio* editis, primo loco.

Quæstionum Medicorum Paradoxarum, & Endoxarum, juxta partes Medicinæ dispositarum, Centuria posthuma: opera *Thomæ Plateri Fel. Fr.* edita. Parisiis, apud Ioa. Prost, 1632, in 8.

Praxeos Medicæ tomi tres. Quorum primus agit de Functionum læsionibus libris duobus, quorum primus Sensuum; secundus Motuum læsiones continet, illarumque Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Causas, in Causis: & Curam in curatione proponit. Secundus tractat de Doloribus, libro uno, qui tertius est totius Operis, atque itidem Doloris Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Causas, in Causis: & Curam in curatione exhibet. Tertius recenset Vitia libris duobus, quorum primus Corporis: secundus Excrementorum vitia continet, singulaque illorum Symptomata in generibus: Morbos, eorumque

Causas in Causis:& Curam in curatione declarat. Omnia methodo nova, sed facili, & perspicua, hactenusque diu desiderata, descripta: nec solum veterum neotericorumque, sed & propriis observationibus, ac remediis innumeris referta. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1608, in 8. apud Ludov. Regem, 1625, in 4. Accedente opera *Thomæ Plateri Fr.* Quæstionum Parodoxarum & Endoxarum Centuria posthuma.

De Febribus liber: Genera, causas, & curationes febrium tribus capitibus proponens. Præfixis tabulis tribus, ordinem & methodum singulorum capitum demonstrantibus. Adjunctis insuper Historiis viginti, curationes febrium præcipuorum generum, morborumque quorundam febres comitari, subsequique solitorum, describentibus. Francof. apud Hæred. Wecheli, 1597, in 8.

Observationum, in Hominis Affectibus plerisque, corpori & animo, functionum læsione, dolore, aliave molestia & vitio incommodantibus, libri tres: &c. Basileæ, apud Ludov. Koning, 1614, in 8.

Consilia aliquot Medica extant eo in opere quod *Ioan. Phil. Brendelius* edidit Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

De Gangræna Epistola. Extat Cent. 1 Epist. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 311.

FERDINANDI CASSANI, *Vigiamulensis*

Quæstiones duæ, quarum altera est, Quod sanguis & Pituita in venis sanorum corporum, actu sit, Potentia humores alii. Altera vero, Quod sedimentum sanorum, & ægrorum ejusdem sit speciei. Neapoli, apud Gio. Mariam Scottum, 1561, in 8.

Quæstio Medica, Quod tertiana exquisita non sit morbus acutus, contra recentiores scriptores. Cum brevi apologia. Venetiis, apud Nicol. Tridentinum, 1564, in 8.

FERDINANDI MENÆ

Methodus Febrium omnium, & earum Symptomatum curatoria, Hispaniæ Medicis potissimum ex usu. Accessit Liber de Septimestri partu, & de Purgantibus medicinis, eodem & expositore, & enarratore. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1568, in 4.

Claudii Galeni de Pulsibus ad tyrones liber, è Græco in latinum sermonem conversus; cum ejusdem commentariis doctissimis, adjectis passim plurimorum locorum in libros Galeni de Pulsibus castigationibus. Compluti, apud Ioannem Brocarium, 1553, in 4.

Liber Galeni de Vrinis omnium medicorum principis: una cum commentariis locupletissimis. Eodem autore & interprete. Compluti, apud Ioan. Brocarium, 1553, in 4.

Commentaria in libros Galeni de Sanguinis missione, & purgatione. Quibus additur libellus utilissimus de ratione permiscendi medicamenta, quæ passim in usum veniunt. Augustæ Taurin. apud Io. Bapt. Bevilaquam, 1589, in 8. FER-

FERDINANDI PINTIANI

Obſervationes in loca obſcura, aut depravata, Hiſtoriæ naturalis C. Plinii, cum retractationibus quorundam locorum Geographiæ Pomponii Melæ. Locíſque aliis non paucis in diverſis utriuſque linguæ auctoribus vel caſtigatis, vel expoſitis à nemine hactenus animadverſis. Salmanticæ, apud Ioan. Giuntam, 1544, in fol.

FERDINANDI PONZETTI

De Venenis libri tres. Romæ, apud Iacobum Mazacchium, 1521, in fol. & cum Santis Ardoyni Opere de Venenis, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1492, in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1562, in fol.

FERDINANDI RODERICI CARDOSI

Methodus medendi ſumma facilitate, ac diligentia in tres libros diſtributa: quorum primo de Indicationibus in genere: ſecundo ſpecialiter de Curativis: ac tertio de Præſervativis, atque vitalibus agitur. Venetiis, apud Vinc. Somaſchum, 1618, in 4.

De ſex Rebus non Naturalibus: primum quidem ab autore ipſo editus. nunc vero emendatior in lucem emiſſus per *Petrum Vffenbachium*. Francof. apud Paul. Iacobum, 1620, in 8.

FERDINANDI SALANDI, *Salodienſis*

Tractatus de Purgatione. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1607, in 4.

Conſilium de Melancholia hypochondriaca, Catarrho ſalſo, diminuta purgatione menſium, vomitu, aliiſque affectibus præter naturam in magnifica muliere. Veronæ, apud Ang. Tamum, 1607, in 4.

FICINI MARSILII

De Epidemio morbo, ſive Peſtilentia liber. Ex Italico in latinum verſus ab *Hieronymo Ritio Ticinenſi*. Aug. Vindel. 1518, in 4. Geneuæ, apud Ioa. le Preux, 1595, in 12.

FIDEIVSTI REINNECCERI, *Salſeldenſis*

Theſaurus chymicus experimentorum certiſſimorum collectorum, uſuque probatorum. Cum præfatione *Ioachimi Tanckii D.* de Medicina. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1609, in 8.

FLAMINII CICONIÆ, *Vicentini*

Quæſtiones naturales. Vicentiæ, 1593, in 4.

FLORENTINI

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx. Græce *Ioa. Alex. Braſſicani* opera in lucem editis Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latine autem, *Iano Cornario* interprete, Baſil. apud Frobenium, 1540, in 8.

FORESII

Hippocratis Coi Aphoriſmi, Commentariis ſuccinctis ac dilucidis illuſtrati: editi ſunt per *Adamum Lonicerum*, Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1554, in 8.

FORTVNATI FIDELIS

De Relationibus medicorum libri quatuor. In quibus ea omnia, quæ in forensibus, ac publicis causis Medici referre solent, plenissime traduntur. Panormi, apud Io. Ant. de Franciscis, 1602, in 4.

FORTVNII LICETI, *Genuensis*

De Vita libri tres. Quibus accuratissime Philosophorum, Medicorum, ac Theologorum placita primum extenduntur: deinde circa vitam & generatim, & speciatim circa Plantalem, Brutalem, Humanam, Cælestem, & Mundanam summo studio disquiritur quid sit unaquæque seorsim, quo innitatur & conservetur; quot & quas habeat proprietates, operationes, differentias, & species: ac demum difficilia quæque contingentia circa proposita explanantur diligentissime, multis Arist. dogmatibus illustratis. Venetiis, apud Societatem, 1606, in 4. Genuæ, apud Iof. Pavonium, 1607, in 4.

De Ortu Animæ humanæ libri tres. Genuæ, apud Ioseph. Pavonium, 1602, in 4.

De Animarum coextensione Corpori libri duo. In quibus ex rei natura, consulto semper Aristotele, ostenditur Animam tum vegetalem, tum sentientem, tum rationalem, subdito sibi corpori toti coextendi, ac in omnibus ejus particulis sigillatim suam essentiam habere omniquaque diffusam; nullamque animam in ulla viventis corporis particula, quantumvis principe, velut in suo domicilio totam contineri: quidquid cum Platone plerique passim opinentur. Patavii, apud Petr. Bertellium, 1616, in 4.

De Feriis Altricis Animæ nemeseticæ disputationes: in quibus Encyclopediæ, Medicinæ, Philosophiæ, celsiorisque Sapientiæ præsidio propulsantur ab olim culto mirabili mortalium Iejunio vulgatæ recens oppugnationes Asitiastis de Castro. Patavii, apud Variscum Variscium, 1631, in 4.

De Anima subjecto corpori nil tribuente, deque Seminis Vita, & Efficientia primaria in formatione Fœtus liber unus. In quo respondetur oppositionibus Ant. Ponce Sanctacrucii. Patavii, apud Variscum Variscium, 1631, in 4.

De rationalis Animæ varia propensione, ad corpus libri duo. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1634, in 4.

De perfecta Constitutione hominis in utero liber unus. In quo causæ omnes fœtum constituentes; singularum functiones, & rationes operandi ex rei natura in Peripato explicantur, speciatimque ostenditur ut Parentum imaginatio maculas expetitorum filiis inurat: ut fœmineum semen non raro sit masculeo viribus æquipollens, & aliquando actuosius: ut menstruum, quo conceptus gignitur, specie ortuque differat ab eo, quo fœtus enutritur. Patavii, apud Petrum Bertellium, 1616, in 4.

De Monstrorum causis, natura, & differentiis libri duo. In quibus

quibus ex rei natura in peripato monſtrorum hiſtoriæ, cauſæ, generationes, & differentiæ omnes; ſcilicet longæ plures, longeque aliæ, ac illæ ſint, quæ paſſim à ſapientibus afferri conſuevere; cum generatim & in plantarum, & in belluarum genere: tum etiam præſertim in humana ſpecie conſiderantur. Multis illuſtrium autorum locis difficilimis explanatis de Maſculo parturiente, de fœminis in viros mutatis, de Hermaphroditorum natura, de diſſimilium ſpecierum venere prolifica, de caſtratorum fœcunditate, de puero lapideſcente, de animantis aurea parte, aliiſque admirabilibus. Patavii, apud Gaſp. Crivellarium, 1616, in 4. apud Paul. Frambottum, 1634, in 4. edit. auctior, & iconibus æneis Monſtrorum præcipuorum illuſtrata.

De Spontaneo viventium ortu, Libri quatuor. In quibus de generatione animantium, quæ vulgo ex putri exoriri dicuntur, accurate aliorum opiniones omnes primum examinantur: cauſæ ſingulæ propoſiti deinde cum generatim, tum etiam ſpeciatim ex rei natura deteguntur, patefacto præſertim Efficiente proximo univoco eorum, quæ in fungorum, plantarum, zoophytorum, & animalium genere ſponte naſcuntur: &c. Vicetiæ, apud Dominicum Amadum, 1618, in fol.

De His, quæ diu vivunt ſine alimento, Libri quatuor. In quibus diuturnæ inediæ obſervationes, opiniones, & cauſæ ſumma cum diligentia explicantur; ac opportune de Alimento, de alendi functione, de nutriendo corpore, de fame, de ſiti, de calore nativo, de humido radicali, de temperamento, de excrementorum uſu, de colliquamentis, de metalli, veneni, medicamenti, miſti, ac elementi cujuſlibet habitudine ad alendum corpus, de ecſtaſi, de ſyderum, dæmonum, & conſuetudinis viribus in Inædia, de proprietatibus occultis, & de quamplurimis aliis ſcitu digniſſimis exactiſſime diſſeritur: &c. Patavii, apud Petrum Bertellium, 1612, in fol.

Pyronarcha, ſive de Fulminum natura, deque Febrium origine libri duo. In quibus & Fulminum in Mundo Magno, & Febrium in Mundo parvo cauſæ naturales omnes, modus originis, idea, proprietates, differentiæ, ac effectus admirabiles accurate tractantur: diligenter explicato vetere Grypho Pynonarchæ, à Cælio Igiano inter Flores Medicos deſcripto. Patavii, apud Crivellarium, 1634, in 4.

De Propriorum Operum hiſtoria, Libri duo. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1634, in 4.

FRANCISCI de ACCOLTIS, *Aretini*

De Thermis Puteolorum & vicinis in Italia, liber. Neapoli, 1575, in 4.

FRANCISCI ALEXANDRI, *Vercellenſis*

Apollo, omnem compoſitorum, & ſimplicium normam ſuo fulgore ita irradians, ut ejus meridiana luce contenti Medici &

Pharmacopolæ, omni librorum copia neglecta, omni denique erroris nebula fugata, ad quęvis opera facilime se accingere valeant. Venetiis, apud Gratiof. Perchacinum, 1565, in fol. Francof. apud Ioan. Spiessium, 1604, in 4.

FRANCISCI ALPHANII, *Salernitani*

Opus de Peste, Febre pestilentiali, & febre maligna. Nec non de Variolis, & morbillis, quatenus nondum pestilentes sunt. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1577, in 4.

FRANCISCI ANTONII, *Londinensis*

Panacea aurea, sive tractatus duo de ipsius Auro potabili. Hamburgi, apud Frobenium, 1618, in 8.

FRANCISCI ANTONII CASERTÆ, *Neapolitani*

Pars prima Tractationum in Medicinæ Theoriam, non solum Medicis, sed Physicis omnibus perutilis & perjucunda. Neapoli, apud Io. Iacob. Carlinum, 1608, in 4.

Pars secunda. In qua tum Febrium Theoria, tum Putredinis natura pertractatur. Neapoli, apud Dominic. Roncaliolum, 1609, in 4.

FRANCISCI ARCÆI, *Fraxinalensis*

De recta curandorum Vulnerum ratione, & aliis ejus artis præceptis libri duo. Ejusdem de Febrium curandarum ratione. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1574, in 8. cum *Alvari Nonnii* doctissimis in pleraque capita adnotationibus.

FRANCISCI ARETINI

De Balneis Puteolorum & aliis excerpta, extant Operis Veneti de Balneis pag. 290.

FRANCISCI BACONIS, *de Verulamio*

Historia Vitæ, & Mortis, sive Titulus secundus in Historia naturali & experimentali ad condendam Philosophiam: quæ est Instaurationis magnæ pars tertia. Londini, apud Ioa. Haviland, 1623, in 8.

Partitio Doctrinæ circa Corpus Hominis in Medicinam & Voluptariam. Partitio Medicinæ in officia tria, vid. in Conservationem, Morborum Curationem, & Prolongationem Vitæ: quodque Pars postrema de Prolongatione Vitę disjungi debeat à duabus reliquis. Extat libro IV, cap. II, de Dignitate & Augmentis Scientiarum. Londini, apud eundem, 1623, in fol. Parisiis, apud Petrum Mettayer, 1624, in 4.

FRANCISCI BERNARDINI, *Calidonii*

Præservator Sanitatis. Quo Sanitatis tuendæ præcepta carmine describuntur. apud Andelovium, 1549, in 8.

FRANCISCI BONAMICI, *Florentini*

De Alimento libri quinque. Vbi multæ Medicorum Sententiæ delibantur, & cum Aristotele conferuntur. Complura etiam problemata in eodem Argumento notantur, & quibusdam ex græca lectione pristinus nitor restituitur. Florentiæ, apud Barthol. Sermartellium jun. 1603, in 4. FRAN-

FRANCISCI BOVSSVETI, *Surregiani*

De Natura Aquatilium carmen, in universam Guilielmi Rondeletii, quam de Piscibus marinis scripsit, historiam: cum vivis eorum imaginibus. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1558, in 4, tomis duobus.

De Arte Medendi libri XII. Ex veterum & recentiorum Medicorum sententia. Ibidem, apud eundem, 1557, in 8.

FRANCISCI BRVSCHII, *Mantuani*

Promachomachia Iatrochymica. In qua Chymiatrice præstantia adversus Misochymicum pugnando propugnatur. Mantuæ, apud Aurel. & Ludov. Sannam, 1623, in fol.

FRANCISCI CABALLI, *Brixiensis*

De Animali pastillos theriacos, & Theriacam ingrediente. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1503, in fol. cum Antonii Cermisoni Consiliis. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1525, in 4. cum Barth. Montagnanæ aliquot operibus, & ejusdem Cermisoni Consiliis.

FRANCISCI CALCEOLARII, *Veronensis*

Petri Andreæ Matthioli Compendium de Plantis omnibus, una cum earum iconibus, de quibus scripsit suis in commentariis in Dioscoridem editis, in eorum studiosorum commodum, atque usum, qui Plantis conquirendis, ac indagandis student. Accessit præterea ad calcem Opusculum de itinere, quo è Verona in Baldum montem Plantarum refertissimum itur; iisdem studiosis utilissimum. Venetiis, apud Valgrisium, 1571, in 4.

FRANCISCI CASSIANI

Quæstio de sectione venæ in pleuritide. Extat cum Libellis de Dosibus, Patavii, apud Gratios. Perchacinum, 1546, in 8.

FRANCISCI CIGALINI, *Comensis*

Epistolæ duæ ad Thaddæum Dunum de Oxymelitis usu & viribus, maxime in pleuritide, extant cum ejusdem Duni Epistolis medicinalibus, Tiguri, apud Ioa. Wolphium, 1592, in 8 impressis.

FRANCISCI CITESII, *Pictaviensis*

Abstinens Confolentanea; cui obiter annexa est pro Iouberto Apologia. Extant cum Pauli Lentuli Historia de Prodigiosa Apolloniæ Schreieræ Inedia. Bernæ Helvet. apud Ioan. le Preux, 1604, in 4.

FRANCISCI COLLVTII, *Veliterni*

De querelis Nephriticis ex renum Calculo libri tres. Venetiis, apud Io. Bapt. Ciottum, 1620, in 8.

FRANCISCI COVRCELLII, *Ambiani*

De vera mittendi sanguinis ratione in hæmatothrascas liber, quatuor sectionibus explicatus. Francof. apud hæred. Wecheli, 1593, in 8.

FRANCISCI DISSALDEI, *Parisiensis*

. Pharmaconetes, sive pharmacitis biblos: Liber continens pharmaca tam simplicia, quam composita, quæ in officinis parata habere debent Pharmacopœi. Lugduni Bat. apud Ioa. Maire, 1627, in 12. cum Val. Cordi dispensatorio.

FRANCISCI EMERICI, *Oppaviani*

Medicorum auxiliorum dexter usus, ad veram Hippocratis, & Galeni mentem. Noribergæ, apud Ioa. Petrejum, 1537, in 4.

FRANCISCI FABRITII, *Ruremundani*

. De Balneorum naturalium, maxime eorum quæ sunt Aquisgrani & Porceti, natura & facultatibus, tum qua ratione illis utendum sit, libellus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1564, in 8. apud Iasparum Gennepæum, 1546, in 4. Coloniæ, apud Ioan. Kinckium, 1617, in 8.

Consilia quædam de Arthritide, extant eo in opere, quod *Henricus Garetius* edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

FRANCISCI FOGEROLÆI

De Senum affectibus præcavendis, nonnullisque curandis enarratio. Lugduni, apud Ioa. de Gabiano, 1610, in 4.

Methodus in septem Aphorismorum libros ab Hippocrate observata, omnibus tamen retro sæculis inaudita: &c. Parisiis, apud Adrianum Perier, 1612, in 4.

FRANCISCI de FRANCISCIS

Prælectionum Monspeliensium tomus primus, in quo continentur Commentarius in Hippocratis Iusjurandum; Pathologia universalis absoluta: & tractatus de Crisibus, Genevæ, apud Iacobum Stoer, 1618, in 8.

FRANCISCI FRANCHINI

De Sanguinis missione liber. Venetiis, 1571, in 8.
Oratio, quod nulla ars reperiatur, quæ Medicina Reipubl. aut utilior, aut necessaria magis, eaque apud cunctos, omni tempore sit: sine hac neque animi bona consistant: neque corporis locum inveniant commoda: neque fortunæ quæ tribuuntur, esse vel gaudio ac voluptati, vel usui magno queant: Medici summis semper honoribus ac præmiis affecti fuerint: Philosophis etiam, & Oratoribus antehabiti. Extat Orationum Argentinensium tomo I, pag. 1106, edit. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

HENRICI CORNELII AGRIPPÆ, *ab Nettesheym*

Contra Peſtem Antidota ſecuriſſima ad D. Theodoricum Cyrenenſem Colonienſis Archipræſulatus à ſuffragiis, in ſacris adminiſtratorem. Extant Operum ejuſdem tomo II, pag. 588. edit. Lugduni, apud Beringos ffr. 1535, in 8.

De Medicina in genere, cap. De Medicina Operatrice, cap. De Pharmacopolia, cap. De Chirurgia, cap. De Anatomiſtica, cap. De Veterinaria, cap. De Diætaria, cap. De Arte Coquinaria, cap. De Alcumiſtica, cap. Extant eodem tomo, pag. 234, & ſeqq.

HENRICI CROLACHII, *Gotthani*

Iſatis herba. De cultura herbæ Iſatidis, quam Guadum vulgo vocant, quamque Thuringia producit; ac ejuſdem præparatione qua ad tingendas lanas apta redditur, narratio. Tiguri, apud Iac. Geſnerum, 1555, in 8.

HENRICI CVELHAR

In Prognoſtica Hippocratis Commentaria. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1582, in fol.

HENRICI FLORENTII, *Leidenſis*

Additamenta ad ſingula capita tractatus Petri Paaw de Peſte, extant cum hocipſo. Lugd. Batav. apud Abrahamum Commelinum, 1636, in 12.

HENRICI GARETII, *Lovanienſis*

De Arthritidis præſervatione & curatione, Clarorum doctiſſimorumque noſtræ ætatis Medicorum Conſilia. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

HENRICI GEORGII ANRIQVEZ, *Guardienſis*

De regimine cibi atque potus, & de cæterarum rerum nonnaturalium uſu, nova enarratio. Salmanticæ, apud Mich. Serranum de Vargas, 1594, in 8.

HENRICI GVNDELFINGER

Excerpta de Balneis extant Operis Veneti de Balneis pag. 290.

HENRICI ab HEER, *Tungri*

Spadacrene, hoc eſt, Fons Spadanus; ejus ſingularia, bibendi modus, medicamina bibentibus neceſſaria. Leodii, apud Arnold. de Corſwaremia, 1614, in 8.

Obſervationes Medicæ oppido raræ in Spa & Leodii animadverſæ cum medicamentis aliquot ſelectis. Leodii, apud eundem, 1631, in 8.

HENRICI HOPFNERI

De ſignis Virginitatis, item de Lepra, & Elephantiaſi Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 378.

De Anatomicis quibuſdam Obſervationibus Epiſtola, extat ibidem pag. 452.

HEN-

HENRICI KORNMANNI, *ex Kirchajna*

De miraculis mortuorum, opus novum & admirandum in decem partes diſtributum: in quo mirabilia Dei miracula & exempla mortuorum ex veteri & novo Teſtamento, ex Eccleſiaſticis & prophanis Hiſtoricis ſumma opera & ſtudio collecta habentur, quæſtiones naturales, Phyſicæ, Medicæ, Theologicæ, Iuridicæ traduntur & artificioſe pertractantur. apud Ioan. Iacobum Porcium, 1610, in 8.

HENRICI KRALITZ

Catalogus Plantarum Horti Academici Lugduno Batavi, quibus is inſtructus erat Anno cIↄ Iↄc xxxv, Præfecto ejuſdem Horti D. Adolfo Vorſtio Med. & Botanices Profeſſ. Acceſſit Index Pantarum indegenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis naſcuntur. Lugd. Batav, apud Elzevirios, 1536, in 24.

HENRICI KVNRAT

Quæſtiones tres perutiles & neceſſariæ tum ad curationem, tum ad præcautionem Arenæ, Sabuli, Calculi, Podagræ, Gonagræ, Chiragræ, &c. concernentes, Latino-Germanicæ. Lipſiæ, apud Schurerum, 1607, in 8.

HENRICI LAVATERI

Defenſio Medicorum Galenicorum adverſus calumnias Angeli Salę operarii Chemici. In qua ſuperba ejus cenſura examinatur & refutatur. Hanoviæ, apud Thomam Willerianum, 1610, in 8.

HENRICI MADATHANI

Aureum ſeculum redivivum, quod nunc iterum apparuit, ſuaviter floruit, & odoriferum aureumque ſemen peperit. Extat cum Muſæo Hermetico. Francof. apud Lucam Ienniſium, 1625, in 4.

HENRICI NEVHVSII, *Dantiſcani*

Pia & utiliſſima admonitio, de Fratribus Roſeæ-Crucis, nimirum, An ſint? Quales ſint? Vnde nomen illud ſibi adſciverint? & quo fine ejuſmodi famam ſparſerint. Dantiſci, apud Chriſtoph. Vetterum, 1628, in 8.

HENRICI NOLLII

Syſtema Medicinę Hermeticæ generale, in quo I, Medicinæ veræ fundamentum: II, Sanitatis conſervatio: III, Morborum cognitio, & curatio Methodo dilucidiſſima generaliter explicantur. Francof. apud Palthenium, 1613, in 8.

HENRICI PASCHASII

Antilogia contra πεῤλεξιν & futilem loquacitatem Ioh. Aſſueri, quam evomuit in Præfatione libri de Peſtilentia contra medicinas ex Sulphure, Antimonio, Vitriolo, Sole, & Mercurio conflatas. Magdeburgi, apud Ioh. Francken, 1619, in 8.

HENRICI PAXMANNI

Quæſtio de Febrium rigoribus, & earundem differentia.

Habetur tomo IV Declamationum Phil. Melanchtonis, pag. 920.

HENRICI PETRÆI, *Smalcaldienſis*

Noſologia Harmonica, dogmatica, & hermetica: Diſſertationibus quinquaginta in celeberrima Academia Mauritiana, quæ eſt Marpurgi, publice & privatim diſceptata. In qua ex priſcis ac recentioribus artis Medicę ſcriptoribus præcipui partium humani corporis affectus à capite ad calcem breviter ac perſpicue cum ſuccinctis & ſpecificis remediis explicantur. Tomus primus. Continens morbos cerebri, oculorum, aurium, narium, thoracis, pleuræ, pulmonum, cordis, & ventriculi. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1614, in 4.

Noſologiæ tomus ſecundus. Continens morbos inteſtinorum, hepatis, lienis, veſiculæ fellis, renum, veſicæ urinariæ, membrorum genitalium virilium & muliebrium, articulorum, & totius corporis habitus. Præmiſſa eſt diſſertatio Inauguralis de Medicina univerſali, & pharmaceutica de veneni, & alexipharmaci in una re conjunctione. Ibidem, 1616, in 4.

Agoniſmata Medica Marpurgenſia, Dogmatica juxta & Hermetica. 1, de Aphæreſi, ſeu Evacuatione univerſali, Diſputationes v. 2. Diſputationes miſcellaneæ xv. 3. His acceſſit Ogdoas diſputationum medicarum Inauguralium, quæ à præſtantiſs. V. V. M. Candd. in eadem Vniverſitate ſolemniter propoſitæ, & ſtrenue defenſatæ ſunt. Adjectæ ſunt ad calcem Aſſertiones & Quæſtiones de genuina Febris Vngaricæ natura, & cura, multis hactenus incognita. Ibidem, 1618, in 4.

De ſingulari Arthritide vaga Scorbutica Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV priorib. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

Λόγος ἐγκωμιαστικὸς ſtudiis Anatomici laudes & utilitates varias breviter complectens. Marpurgi, apud Egenolphum, 1610, in 4.

HENRICI RANTZOVII, *Holſati*

De conſervanda valetudine liber in privatum liberorum ſuorum uſum ab ipſo conſcriptus, ac editus à *Dethlevo Sylvio Holſato*. In quo de diæta, itinere, annis climactericis, & antidotis, brevia & utilia præcepta continentur. Lipſiæ, apud Ioa. Steinman, 1576, in 8. Antverpiæ, apud Plantinum, 1580, in 8. Francof. apud Wechelum, 1591, in 16. cum Fr. Ruei de Gemmis, & Grataroli de Memoria libellis.

HENRICI de SAXONIA

De Secretis mulierum tractatus. Auguſtæ, apud Antonium Sorg, 1489, in 4. Francof. apud Ioa. Bringerum, 1615, in 8.

HENRICI SMETII à LEDA, *Aloſtani Flandri*

Miſcellanea Medica. Cum præſtantiſſimis quinque Medicis Thoma Eraſto, Henrico Brucæo, Levino Batto, Ioanne Weyero, Henrico Weyero communicata, & in libros XII digeſta. Francof. apud Ioa. Rhodium, 1611, in 8.

HEN-

HENRICI STAPEDII

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

HENRICI STEPHANI

Dictionarium Medicum, vel Expositiones vocum medicinalium ad verbum exceptæ ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribasio, Rufo Ephesio, Aëtio, Alex. Tralliano, Paulo Æginetа, Auctuario, Corn Celso; Græce, cum Latina interpretatione. Lexica duo in Hipp. huic Dictionario præfixa sunt. Vnum Erotiani. Alterum Galeni. Vtrumque quam antea emendatius. Lutetiæ, apud Henr. Stephanum, 1564, in 8.

HENRICI STROMBRS, *Aurbachii*

Saluberrimæ adversus Pestilentiam observationes. Moguntiæ, apud Ioa. Gruningher, 1517, in 4.

Decreta Medica de Ebrietate. Lipsiæ, 1531, in 4.

Decreta Medica de Senectute. Noribergæ, apud Ioan. Petrejum, 1537, in 4.

HENRICI VRANII, *Ressensis*

De Re nummaria, mensuris, & ponderibus Epitome, ex Budæo, Portio, Alciato, & Georgio Agricola concinnata. Coloniæ, 1569, in 8.

HENRICI WARENII

Νοσολογία, seu Affectuum humanorum curatio Hermetica, & Galenica, Thesibus comprehensa, ac consentiente Senatu Medico in Academia Rostochiensi disceptata. Post obitum Autoris collecta opera *Ioachimi Tanckii*. Lipsiæ, apud Ioa. Rosam, 1605, in 8.

HENRICI WIERI

Epistolæ variæ de variis rei medicæ argumentis, extant inter Miscellanea Henrici Smetii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8.

HERACLIDÆ, *Tarentini*

Ad supercrescentes in aurium ulceribus carnes, Fragmentum. extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 2, serm. 2, cap. 84.

HERCVLIS BONACOSSI

De humorum exuperantium signis, ac Serapiis, medicamentisque purgatoriis opportunis liber. Accesserunt quoque ejusdem varia auxilia experimento comprobata, ad varias ægritudines profligandas. De Compositione Theriacæ cum ejus substitutis nuper Bononiæ inventis. De modo præparandi aquam ligni Sancti. De curatione catarrhi, sive destillationis. Bononiæ, apud Anselmum Gjaccarellum, 1553, in 4.

De curatione Pleuritidis ab Hipp. Gal. Aëtii, Alex. Tralliani, Pauli Æginetæ, Philothei monumentis deprompta. Ibidem, apud eundem, anno formaque iisdem.

De Affectu, quem Græci δυσεντερίαν, Latini vero Tormina appellant, ac de ejus curandi ratione, juxta Græcorum dogmata. Ibidem, 1552, in 4.

HERCVLIS SAXONIÆ

Pantheum Medicinæ selectum, sive Medicinæ Practicæ templum, omnibus omnium fere morborum insultibus commune, libris undecim distinctum, omnibusque ad genuinam Medicinæ praxin necessariis panmechanicis instructum & adornatum. Nunc primum in lucem editum ab ejus discipulo *Petro Vffenbachio, Med.* Francof. apud Palthenium, 1603, in fol.

Continet autem hos libros :

I. De Affectibus Capitis.
II. De Affectibus Thoracis.
III. De Affectibus Infimi Ventris.
IV. Do Morbis Muliebribus.
V. De Pulsibus.
VI. De Vrinis.
VII. De Signis & symptomatis Febrium putridarum.
VIII. De Febribus.
IX. De Lue venerea, seu Morbo Gallico.
X. De Plica.
XI. De Phœnigmis sect. III.

Seorsim extant :

Prælectionum Practicarum libri duo. De ratione dignoscendi ac curandi omnes interiores affectus præter naturam, qui tum singulas humani corporis partes, tum corpus universum divexare consueverunt. Francofurti, apud Zach. Palthenium, 1610, in fol.

De Pulsibus tractatus absolutissimus, Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1603, in 4. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol.

De Phœnigmorum, quæ vulgo Vesicatoria appellantur, & de Theriacæ usu in febribus pestilentibus, Disputatio: in qua etiam de natura pestis, & pestilentium febrium nonnulla tractantur. Patavii, apud Laurent. Pasquatum, 1591, in 4.

Luis Venereæ tractatus perfectissimus luci datus opera *Andreghetti Andreghettii*. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1602, in 4.

De Plica, quam Poloni Gwozdziec; Roxolani Koxtunum vocant. Liber nunc primum in lucem editus. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1600, in 4.

Consilia Medica extant eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

HERMANNI *Comitis à* NEVENARE, *Præpositi Coloniensis*

De novo hactenusque Germaniæ inaudito morbo ἰδρωτοπυρετοῦ, hoc est, sudatoria febri, quam vulgo Sudorem Britannicum vocant. Item, Simonis Riquini de eodem morbo judicium doctissimum. Duabus simul epistolis inter se explicata. Coloniæ, apud Ioan. Soterem, 1529, in 4. & alibi in 8. cum Petri de Abano de Venenis, Ioach. Schilleri de Peste Britannica libris.

Anno-

Annotationes aliquot herbarum. Extant tomo II Herbarii Othonis Brunſfelſii, pag. 232. editi, Argentinæ, apud Ioa. Scottum, 1537, in fol.

HERMANNI CONDEESYANI

Harmoniæ inperſcrutabilis chymico-philoſophicæ, ſive philoſophorum antiquorum conſentientium, hactenus quidem plurimum deſideratorum, ſed nondum in lucem emiſſorum decas prima. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

HERMANNI CONRINGII

De Calido innato liber unus. De Vita & Morte libri duo. De Origine formarum liber unus. Omnia ad Ariſtotelis ſententiam elaborata. Lugd. Batav. apud Ioan. Maire, 1631, in 8.

HERMANNI CORBEI

Gynæceium, ſive de cognoſcendis, præcavendis, curandiſque, præcipuis mulierum affectibus libri duo. Quorum prior affectus omnibus mulieribus communes: poſterior, qui cuique ſorti ſunt proprii, proponit. Adjecta eſt in calce quæſtio de Vulneribus lethalibus, & non lethalibus. Francof. apud Palthenium, 1620, in 8.

HERMANNI FOLLINI, *Sylvæducenſis*

Amuletum Antonianum, ſeu Luis peſtiferæ fuga, in duos libros diſtributa, multiſque remediis uſu & obſervatione cognitis expedita; cui acceſſit utilis libellus de Cauteriis. Antverpiæ, apud Hier. Verduſſium, 1618, in 8.

HERMANNI LIGNARIDI

De mira Podagræ curatione Epiſtola. Extat Cent. I Epiſtol. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 353.

HERMANNI SCHLEERN, *Lycopolitani*

Solutiones Chemicæ contra Conradi Schuleri, de lapide ſeu auro, quod dicitur Philoſophorum, editas antehac chartas; præſertim plumbi ſectatoribus. Marpurgi Cattor. apud Rodolphum Hutwelckerum, 1612, in 8.

HERMETIS TRISMEGISTI

Iatromathematica ad Ammonem Ægyptium. A *Davide Hœſchelio Auguſtano* græce & latine edita, fide mſ. codicis emendata, ſuppleta, & Notis aucta. Auguſtæ Vind. apud Mich. Mangerum, 1597, in 8. Norimbergæ, apud Nicol. Petrejum, 1532, in 8.

Pycmander. Sermo Sacer. Clavis. Sermo ad Filium. Sermo ad Aſclepium. Minerva mundi. alia. Extant cum Franciſci Patritii Magia Philoſophica, &c. Hamburgi, 1593, in 8.

De Lapidis Philoſophici ſecreto, tractatus aureus, in cap. 7. diviſus; nunc vero à quodam anonymo Scholiis illuſtratus. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

HERMOLAI BARBARI, *Veneti*

In Dioſcoridem Corollariorum libri quinque. Coloniæ, apud

apud Ioa. Soterem, 1530, in fol. Cum Marcelli Virgilii Comment. in Dioscoridem.

In C. Plinii Naturalis historiæ libros Castigationes. Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1534, in 4.

HERMOPHILI PHILOCHEMICI

Aphorismi Basiliani sive Canones Hermetici de Spiritu, Anima & Corpore majoris & minoris Mundi. Marpurgi, apud Rodolphum Hutwelkerum, 1609, in 8.

HERODOTI

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum: scilicet, Quali curatione ad frigiditates utendum est, tetrab. 1, serm. 4, cap. 45.
Quomodo curandus sit æstuosus ardor, ibid. cap. 47.
De gravi sopore, tetrab. 2, serm. 1, cap. 117.
Pustularum in febribus curatio, ibid. cap. 129.
De tremoribus in febribus, ibid. cap. 130.
De lumbricis, tetrab. 3, serm. 1, cap. 39.

HIERÆ, *Cappadocis*

Emplastrum è pompholyge extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 4, serm. 3, cap. 46.

HIEREMIÆ THRIVERI, *Brachelii*

Varia Apothegmata. Lugduni, apud Godefr. & Marcellum Beringos, 1549, in 12.

Oratio ad studiosos Medicinæ, de duabus hodie sectis, ac ipsarum methodo. Antverpiæ, apud Mart. Nutium, 1544, in 8.

Disceptatio cum Aristotele & Galeno, super natura partium solidarum, & argumenta aliarum multarum disputationum: quibus varia paradoxa, hactenus ambigua vel incognita, asseruntur. Antverpiæ, apud eundem, 1543, in 8.

Vniversæ Medicinæ brevissima absolutissimaque Methodus, à *Dionysio Thrivero filio* ab obitu illius in publicum collata. Antverpiæ, apud Plantinum, 1592, in 8.

Disceptatio de securissimo victu, à Neotericis perperam præscripto. Lovanii, apud Servatium Zassæum, 1531, in 4.

De Temporibus morborum & opportunitate auxiliorum. Adjectus est ab eodem Elenchus Apologiæ Leonardi Fuchsii nuper emissæ de missione sanguinis in pleuritide. Ibidem, apud eundem, 1535, in 4.

De missione sanguinis in pleuritide, ac aliis phlegmonis tam externis, quam internis omnibus cum Petro Brissoto ac Leonardo Fuchsio disceptatio ad Medicos Parisienses. Ejusdem Commentarius de victu ab arthriticis morbis vindicante, ubi quam male diris illis cruciatibus sit à neotericis hactenus provisum, ostenditur, ac alii quamplurimi vivendi errores alibi communes, obiter corriguntur. Lovanii, apud Barth. Cravium, 1532, in 4.

In primum Aphorismorum Hippocratis librum Commentarius.

tarius. Antverpiæ, apud Matthæum Cerommium, 1538, in 4.

In Polybum, aut Hippocratem, de ratione victus Idiotarum, aut privatorum, Commentarius. Lugduni, apud Beringos ffr. 1548, in 8.

In tres libros Galeni de Temperamentis, & unum de Inæquali intemperie, Commentarii quatuor, nequaquam ex aliis collecti; sed propriis rationibus instructi. Lovanii, apud Servatium Zassæum, 1535, in 8.

In Τέχνην Galeni clarissimi Commentarii. Lugduni, apud Beringos ffr. 1547, in 16.

In Hippocratem de Ratione victus in morbis acutis Commentarii. Lugduni, apud Beringos ffr. 1552, in 8.

Commentarii in VII libros Aphorismorum Hippocratis. Lugduni, apud hæredes Iac. Iuntæ, 1551, in 4. apud Beringos ffr. iisdem anno & forma.

In Celsi de Sanitate tuenda librum Commentarii. Antverpiæ, apud Matthiam Cerommium, 1539, in 8. Lugduni Bat. apud Raphelengium, 1592, in 4.

De Arthritide Consilia, quædam extant eo in opere, quod *Henricus Garetius* edidit, Francof. apud Ioan. Wechelum & Petrum Fischerum, 1592, in 8.

HIEROCLIS

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce Basileæ, apud Ioan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione *Ioannis Ruellii*: Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: seu de Re rustica selectorum lib. XX Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. *Ioa. Alex. Brassicani* opera in lucem editis: Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, *Iano Cornario* interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

HIERONYMI ACCOROMBONI, *Eugubini*

Tractatus de Lacte. Venetiis, apud Andr. de Arrivabenis, 1536, in 8. Norібergæ, apud Petrejum, 1538, in 8.

Tractatus de Catarrho. Venetiis, apud Andr. de Arrivabenis, 1536, in 8.

Tractatus de Putredine. Ibidem, apud eundem, 1534, in 8.

HIERONYMI BESLERI

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

HIERONYMI BRASAVOLÆ, *Ferrariensis*

In primum Aphorismorum Hippocratis librum Expositio. Ferrariæ, apud Bened. Mammarellum, 1595, in 4.

De Officiis medicis libellus. Ibidē, apud eundem, 1590, in 4.

HIERONYMI BRISIANI, *Salodiensis*

Nova Medicina, in qua multorum errores in hac præstantissima

ſima facultate reteguntur, & antiquus ſuus honos Medicinæ reſtituitur. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1591, in 4.

Methodus ſcientiarum. Vbi quæcunque ad ſcientiarum pertinent conſcriptionem, docte, ordinatim, ac diſtincte pertractantur. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1588, in 4.

Phyſiologiæ libri duo, quibus Naturæ miracula miro ordine & doctrina explicantur. Ibidem, apud eundem, 1596, in 4.

Geræologia. Tridenti, apud Ioa. Bapt. & Iac. fr. de Sabbio, 1585, in 8.

HIERONYMI CAPIVACCII, *Patavini*

Opera omnia, quinque ſectionibus comprehenſa, quarum I, Phyſiologica. II, Pathologica. III, Therapeutica. IV, Miſta. V, Extranea continet. Edita cura *Ioa. Hartmanni Beyeri*. Francof. apud Ionam Rhodium, 1603, in fol.

Sect. I, *quæ Phyſiologica, continet tractatus tres:*

I. De Fœtus formatione.
II. De Signis Virginitatis, tam maſculi, quam fœminæ.
III. De Methodo Anatomica.

Sect. II, *nimirum Pathologica, agit*

I. De Rebus præter naturam.
II. De Pulſibus.
III. De Vrinis.
IV. De modo interrogandi ægros.

Sect. III, *videlicet Therapeutica, continet*

I. Methodum medendi.
II. Rationem componendi medicamenta.
III. Cauteriorum rectam adminiſtrationem.

Sect. IV, *nempe Miſta, comprehenduntur*

I. Commentarii in ſectionem primam Aphoriſmorum Hippocratis: partim Prognoſi, partim Curationi deſervientes.
II. Practicæ libri ſeptem: de cognitione & curatione affectuum capitis, partium capiti annexarum, thoracis, pulmonum, cordis, œſophagi, ventriculi, inteſtinorum, jecinoris, ſplenis, renum, veſicæ, partium genitalium, uteri: item arthritidis, luis venereæ, febrium ac venenorum.
III. De Medica conſultandi ratione: ſeu de Arte collegiandi, tractatus.
IV. Conſilia Medica, Conſultationes, & Epiſtolæ.

Sect. V, *quæ eſt Extranea, nimirum Logica, complectitur*

Opuſculum de Methodis, ſeu Differentiis doctrinarum.

Scorſim prodierunt

De Compoſitione Medicamentorum Inſtitutio brevis pro Medico. Extat cum Pandectis Ioa. Georgii Schenckii. Francof apud Ionam Rhodium, 1607, in 12.

Medicina Practica, ſive methodus cognoſcendorum, & curandorum.

randorum omnium humani corporis affectuum, *Ioa. Hartmanni Beyeri* studio lib. VII interstincta. Francof. apud Petrum Fischerum, 1594, in 4. Venetiis, apud hæredes Melchioris Sessæ, 1598, in fol. Huic adjecta sunt & reliqua, quæ adhuc extant, ejusdem excelentissimi Viri Opera omnia.

Eadem Practica cum reliquis autoris Operibus. Venetiis, apud Mejettum, 1591, 1594, in fol.

Medendi Methodus universalis Tabulis comprehensa, in usum Medicorum tum Theoricorum, tum Practicorum. Francof. apud Coll. Palthenianum, 1606, in fol.

Nova Methodus medendi, lectionibus publicis explicata & recens suis locis Capitibus distincta. Francof. apud Ioan. Feyrabendium, 1593, in 8.

Opusculum de Doctrinarum differentiis, sive de Methodis. à *Petro Angelo Agatho* editum. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1562, in 16. Francof. apud Henr. Osthausium, 1594, in 12. Cum D. *Laurentii Scholzii, Silesii* Præfatione.

Methodus Anatomica, sive ars consecandi, cum præfatione *Teucri Annæi Privati* de Anatomiæ laudibus. Francof. apud Egenolphum, 1594, in 8. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1593, in 4.

Methodus, seu Ars curativa. Francof. apud Egenolphum, 1594, in 8.

De Vrinis tractatus. Editus opera *Laurentii Scholzii Silesii*. Servestæ, apud Bonavent. Fabrum, 1595, in 8.

De Lue Venerea Acroases. à *Philippo Schopfio* publicatæ. Spiræ, apud Bernardin. Albinum, 1590, in 8. & Francof. apud Egenolphum, 1594, in 8. Cum consiliis & tractatione de Cauteriis, atque Enterocele, tum à Capivaccio, tum Collegio Patavino, aliisque clarissimis Medicis conscripta; atque è Bibliotheca *Teucri Annæi Privati* eruta.

Consilia Medica extant eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. & quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Epistolæ quædam Medicæ extant in eodem opere à Scholzio edito.

HIERONYMI CARDANI, *Mediolanensis*

In librum Hippocratis de Alimento Commentaria. Quibus accedit Examen XXII Ægrorum Hippocratis. Romæ, apud Ant. Baldum, 1574, in 8. Basileæ, apud Henric. Petri, 1582, in 8.

In Hippocr. de Aëre, Aquis, & Locis Commentarii. Opus in centum & octo lectiones divisum, quæ Medicis, Philosophis, Geographis, Astrologis, aliisque facultatibus plurimum profuturæ sunt. Accedunt præterea ejusdem ad Illustriss. Cardinalem I Alciatum Oratio, admirabilia continens multa, quam tricipitis Geryonis aut Cerberi canem autor appellat. Quod tria capita complectatur,

plectatur, de Medicorum inscitia, & occidendi hominis licentia, variisque erroribus. Ioa. Baptistæ Cardani de Fulgure liber unus. Hier. Cardani Consilia tria in gravissimis variisque morbis, in quibus apparet in operibus artis quantum hic vir prudentia, experientia, & arte valeat. I, pro quodam Theologo. II, pro Illustriss. D. Fabricio Austriaco, Corregii Principe. III, pro Illustriss. Cardin. S. Clementis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1570, in fol.

In Hippocratis Coi Prognostica, atque in Galeni Prognosticorum Expositionem Commentarii absolutissimi. Item, In libros Hippocratis de Septimestri, & Octimestri partu, & simul in eorum Galeni Commentaria, Cardani commentarii. Item pro gravissime diversis morbis laborantibus Consilia septem, nunc primum edita: &c. Basileæ, apud Henr. Petri, 1568, in fol.

In septem Aphorismorum Hippocratis particulas Commentaria. Ejusdem de Venenorum differentiis, viribus, & adversus remediorum præsidiis: ac præsertim de Pestis generibus omnibus, præservatione, & cura lib. III. Item de Providentia temporum liber. Basileæ, apud Henr. Petri, 1564, in fol.

Opus novum, cunctis de Sanitate tuenda, ac vita producenda studiosis apprime necessarium: in quatuor libros digestum. *A Rodulpho Sylvestrio Bononiensi* recens in lucem editum. Romæ, apud Zanettum, 1580, in fol. Basileæ, apud Henr. Petri, 1582, in fol.

Opuscula, artem medicam exercentibus utilissima, ut sunt, de Aqua & Æthere: de Cyna radice, seu de Decoctis: Consilium pro illustri Hier. Palavicino, Principe Curtis Majoris, Difficultate spirandi laborante: Consilium pro fluxu sanguinis coërcendo: Consilium pro Mantuano lepram patiente. Medicinæ Encomion. Præterea ejusdem in Calumniatorem librorum de subtilitate, actio. Basileæ, apud Henr. Petri, 1559, in fol.

Ars curandi parva, quæ est absolutissima medendi methodus, & alia, nunc primum edita, opera, in duos tomos divisa. Basileæ, apud Henr. Petri, 1566, in 8. 2 voll.

Tomo primo continentur:

Ars curandi parva, quæ est absolutissima medendi methodus.

Pro Difficultate spirandi Consilium, datum Reverendiss. D. D. Ioan. Archiepiscopo Sancti Andreæ Ecclesiæ Cathedralis regni Scotiæ.

Ephemeris, Reverend. D. Archiepiscopi S. Andreæ, D D. Ioan. Amulthon.

De Difficultate spirandi Consilium pro Illustriss. D. Hieron. Palavicino Marchione Curtis Majoris.

Pro Ventriculi dolore cum aliis dispositionibus ob morbum Gallicum laborante Mercatore Mediolanensi Consilium Galenicum & Hippocraticum.

Ad Surditatem Consilium, pro Magnifico D. Francisco Cire Genuensi.

Sangui-

Sanguinis fluxum coërcendi, Consilium generale.
Pro Lepram patiente, Consilium.
Medicinæ Encomion.
Podagræ Encomion.
Apologia ad Andream Canutium.

Tomo secundo:

Dialectica, omni ex parte perfecta.
Hyperchen, Divinum opus.
De Socratis studio.
Antigorgias dialogus, seu de recta vivendi ratione.
De Aqua liber.
De Æthere liber.
De Cyna radice, seu de Decoctis magnis.

De Methodo medendi sectiones quatuor. Parisiis, apud Rouillium, 1565, in 8.

Contradicentium Medicorum libri duo: quorum primus centum & octo: alter vero totidem disputationes continet. Addita præterea ejusdem Autoris de Sarza Parilia: de Cina Radice, ejusque usu: cum Consilio pro Dolore Vago. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1548, in 4. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1607, in 8. huic edit. accessere Iacobi Peletarii Contradictiones ex Lacuna desumptæ, cum ejusdem Axiomatibus.

De malo recentiorum medicorum medendi usu: centum errores illorum continens. Cui accedit, de Simplicium medicamentorum noxa, & quod componere liceat, libellus. Venetiis, apud Hieron. Scotum, 1545, in 8.

De Causis, Signis, ac Locis Morborum, liber unus, à suo interitu jampridem vindicatus. Basileæ, apud Sebast. Henric. Petri, 1582, in 8.

De Subtilitate lib. XXI. Ab autore plus mille locis illustrati, nonnullis etiam cum additionibus. Addita insuper Apologia adversus calumniatorem, qua vis horum librorum aperitur Basileæ, apud Henr. Petri, 1560, in fol.

De Rerum Varietate lib. XVII. Basileæ, apud Henr. Petri, 1557, in fol.

HIERONYMI CONFORTI, *Brixiani*

Libellus de Vino mordaci. Brixiæ, apud Thomam Bozolam, 1570, in 4.

HIERONYMI CRASSI, *Vtinensis*

De Calvariæ curatione tractatus duo. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1560, in 8.

De Tumoribus præter naturam tractatus. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1562, in 4.

De Solutione continui tractatus. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1563, in 4.

De Vlceribus tractatus. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in 4.

Cui

De Cerafte, five Bafilifco, Morbo novo Medicis incognito. Cui adjecimus Problemata quædam ad dictum morbum attinentia. Vtini, apud Natolinum, 1593, in 8.

De Cauteriis, five de Cauterizandi ratione. Vtini, apud Natolinum, 1594, in 8.

HIERONYMI DONZELLINI, *Brixienfis*

Epiftola ad Petrum Andream Matthiolum, adverfus invidos & blaterones. Extat lib. IV Epift. Matthioli, pag. 429.

De Remediis ferendarum injuriarum, five, de compefcenda Ira liber unus. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1586, in 4. Altorphii, apud Nicolaum Cnorium, 1587, in 8. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1635, in 12.

Commentarius doctiffimus de Pefte: converfus ex Italico fermone in Latinum à *Ioachimo Camerario*. Norimbergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8. cum Synopfi Commentariorum de Pefte.

Epiftola ad Iofephum Valdanium, de natura, caufis, & curatione febris peftilentis: ubi infuper de Theriacæ natura, & viribus exactius differitur. Venetiis, apud Andream Bochinum, 1570, in 4.

De natura, caufis, & legitima curatione Febris peftilentis. In qua etiam de Theriacæ natura ac viribus, latius difputatur. Venetiis, apud Camillum & Rutilium Borgominerios, 1570, in 4.

De natura, & caufis, atque legitima curatione febris peftilentis, in quibus etiam de Theriacæ viribus latius difputat. II. Apologia *Eudoxi Philalethis* adverfus Theffali Zoili oppugnationes. Venetiis, apud Andream Bochinum, 1571, in 4.

Confilia & Epiftolæ Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

HIERONYMI FABRICII ab AQUAPENDENTE

Opera Anatomica. De Formato Fœtu. De Formatione Ovi, & Pulli. De Locutione, & ejus Inftrumentis. De Brutorum Loquela. Patavii, apud Anton. Megliettum, 1625, in fol. Francof. apud Iacobum de Zetter, 1623, in fol.

De Vifione, Voce, Auditu. Venetiis, apud Franc. Bolzettam, 1600, in fol. Francof. apud ffr. Bryanos, 1605, 1613, in fol.

De Mufculi artificio: de Offium dearticulationibus. Vicentiæ, apud Petrum Bertellium, 1614, in 4.

De Refpiratione, & ejus inftrumentis, libri duo. Patavii, apud Paulum Megliettum, 1615, in 4.

De Motu locali animalium fecundum totum. Patavii, apud Ioa. Bapt. de Martinis, 1618, in 4.

De Gula, Ventriculo, Inteftinis tractatus. Patavii, apud Laur. Pafquatum, 1618, in 4.

Opera Chirurgica in duas partes divifa: quarum prior Operationes

rationes chirurgicas per totum corpus humanum à vertice capitis usque ad imos pedes peragi solitas, plurimis rarisque observationibus, & novis inventis chirurgiæ dexteritatem & jucunditatem spectántibus refertas comprehendit. Altera libros quinque Chirurgiæ jam ante in Germania impressos,& sub nomine Pentateuchi Chirurgici divulgatos complectitur. Francof. apud Nicol. Hofmannum,1620,in 8.

Consilia Medica extant eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605,in 4.

HIERONYMI FEROLDI

Epistolæ ad Iof. Valdanium, quibus tractatur Quæstio; utrum in lienis affectibus secanda sit vena, quæ est ad annularem digitum sinistræ manus. Patavii, apud Petrum Anton. Alciatum, 1567,in 8.

HIERONYMI FRACASTORII, *Veronensis*

Opera omnia. Venetiis,apud Iuntas,1555,1584,in 4.

His continentur:

Homocentricorum,sive de Stellis,liber unus.
De Causis Criticorum dierum,libellus.
De Sympathia,& Antipathia rerum,liber unus.
De Contagionibus, & Contagiosis morbis, & eorum curatione, libri tres.
Naugerius,sive de Poëtica, dialogus.
Turrius,sive de Intellectione,dialogus.
Fracastorius,sive de Anima,dialogus.
De Vini temperatura sententia.
Syphilidis,sive de Morbo Gallico,libri tres.
Iosephi libri duo.
Carminum liber unus.

Seorsim prodierunt:

Homocentrica,& de Causis Criticorum dierum,per ea quæ in nobis sunt. Venetiis,apud Hieronymum Scotum,1538,in 8.

De Sympathia,& Antipathia lib.1. De Contagione,& contagiosis morbis,eorumque curatione lib.tres. Venetiis,apud eumdem,1546,in 8. Lugduni,apud Guilielm. Gazejum, 1550,in 16.

Syphilidis, sive Morbi Gallici lib.III. Basileæ, apud Bebelium, 1636,in 8. Antverpiæ,apud Mart. Nutium,1562,in 8.

HIERONYMI GABVCINI, *Fanensis*

De Lumbricis alvum occupantibus, ac de ratione curandi eos, qui ab illis infestantur, commentarius. Venetiis, apud Hier. Scotum,1547,in 8. Lugduni,apud Guil. Rouillium,1549,in 16.

De Podagra commentarium, ad faciendam medicinam accommodatum. Venetiis,apud Somaschum,1569,in 4.

De Morbo Comitiali libri tres.Venetiis,apud Somaschum, 1568,in 4.

O HIE-

HIERONYMI GEMVSÆI, *Helvetii*

In libros Pauli Æginetæ omnes Annotationes, nunc & primum concinnatæ, & in lucem editæ. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1543, in fol.

HIERONYMI HEROLDI, *Norimbergensis*

Epistola ad Petr. Andr. Matthiolum: qua agitur de Cithyso, Petasite, Mesue Eupatorio, Gratiola, Sisere, Antirrhinis, Betonica alba, Lupino Hispanico, Flore S. Iacobi, Lilio convallium, Aquilegio, Panico pratensi, & quibusdam aliis, de quibus suam Heroldus declarat censuram. Exhibetur lib. III Epist. Matth. pag. 348.

Epistolæ quædam Medicæ ad Ioachimum Camerarium, extant eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598. in fol. pag. 146, & seqq.

HIERONYMI MAGII, *Anglarensis*

Variarum Lectionum, seu Miscellaneorum libri IV. In quibus multa auctorum loca emendantur, atque explicantur, & quæ ad antiquitatem cognoscendam pertinent, non pauca afferuntur. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1564, in 8.

HIERONYMI MAMFREDI

De Medicis & infirmis Collectanea in ordinem Centiloquii congesta. Bononię, apud Bacilierium de Bacilieriis, 1483, in 4. Nurembergæ, apud Georg. Wachter, 1530, in 8.

HIERONYMI MASSARII, *Vincentini*

Hippocratis de Natura hominis liber Latine versus, & Paraphrasi explicatus. Argentorati, apud Paul. Machæropœum, 1564, in 8.

HIERONYMI MERCVRIALIS, *Forolíviensis*

Variarum Lectionum in Medicinæ scriptoribus & aliis, lib. IV. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1571, in 4. Quinto libro auctior, & in prioribus quatuor locupletior deinde editio prodiit Basileæ, apud Petr. Pernam, 1576, in 8. Postea sexto libro instructior publicata est Parisiis, apud Nicol. Nivellium, 1585, in 8. His demum adjecta sunt capita sex antea nunquam edita, Venetiis, apud Iuntas, 1588, 1601, in 4.

De Arte Gymnastica libri sex: in quibus exercitationum omnium vetustarum genera, loca, modi, facultates, & quidquid denique ad corporis humani exercitationes pertinet, diligenter explicatur. Parisiis, apud Ioa. du Puys, 1577, in 4. Venetiis, apud Iuntas, 1602, in 4.

Tractatus de Compositione medicamentorum. De Morbis Oculorum, & Aurium. Ipso prælegente olim Patavii diligenter excepti, & nunc primum à *Michaele Columbo* editi. Venetiis, apud Iuntas, 1590, in 4.

De Morbis muliebribus Prælectiones. A *Gaspare Bauhino* editæ. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1582, in 8. Postea vero per *Michae-*

Michaelem Columbum ex collatione plurium exemplarium locupletiores & emendatiores factæ. Venetiis, apud Iuntas, 1601, in 4. & in Gynæciorum libris ab *Israele Spachio* editis, pag. 209.

De Morbis Puerorum tractatus locupletissimi duobus libris descripti. Venetiis, apud Perchacinum, 1583, in 4. In tres autem libros digesti opera *Iohannis Chroscziejoioskii*. Venetiis, apud Iuntas, 1615, in 4. Addita vero Alex. Tralliani de Lumbricis Epistola græca, cum ejusdem Mercurialis versione latina. Francof. apud hæred. Andr. Wecheli, 1584, in 8.

De Morbis Cutaneis, & omnibus corporis humani excrementis tractatus locupletissimi, in libros quinque digesti, opera *Pauli Aicardii*. Venetiis, apud Perchacinum, 1572, in 4. apud Iuntas, 1601, in 4.

De Decoratione liber, à *Iulio Mancino* exceptus, & in capita redactus. Francof. apud hæred. Andr. Wecheli, 1587, in 8. Venetiis, apud Iuntas, 1601, in 4.

De Pestilentia Lectiones, habitæ Patavii MDLXXVII, Mense Ianuarii. In quibus de Peste in universum, præsertim vero de Veneta, & Patavina, singulari quadam eruditione tractatur. Venetiis, apud Paulum Mejettum, 1577, in 4. Seorsim, Ibidem, apud Perchacinum, 1577, apud Iuntas, 1601, in 4. Cum ejusdem Tractatu de Maculis pestiferis, & de Hydrophobia.

Tractatus de Maculis pestiferis, & de Hydrophobia. Seorsim Patavii, apud Paulum Mejettum, 1580, in 4.

De Venenis, & Morbis venenosis tractatus locupletissimi, in libros duos digesti, opera *Alberti Scheligii, Vbarschaviensis*. Francof. apud hæred. Andr. Wecheli, 1584, in 8. Basileæ, apud Conradum Waldkirchium, 1586, in 8. Venetiis, apud Iuntas, 1601, in 4.

Medicina Practica, seu de cognoscendis, discernendis, & curandis, omnibus humani corporis affectibus, earumque causis indagandis, lib. v, in lucem editi studio, & opera *Petri de Spina, Aquisgranensis*. Francof. apud Ioa. Theobald. Schonwetterum, 1601, in fol. Lugduni, apud Anton. Pillehotte, 1623, in 4.

Consultationes, & Responsa medicinalia tribus tomis comprehensa; postrema editione à *Mundino Mundinio Vincentino* Annotationibus exornata. Addita Mercurialis Collegiandi (ut vocant) ratione. Venetiis, apud Iac. de Franciscis, 1620, in fol.

Responsorum & Consultationum medicinalium tomus quartus. Nunc primum à *Guilielmo Athenio* editus. Venetiis, apud Iuntas, 1604, in fol. Ex his seorsim prodiit

Tomus primus: Venetiis, apud Mejettum, 1579, in 4. Basileæ, apud Conrad. Waldkirchium, 1587, in 8.

Tom. secundus: addita Collegiandi ratione per *Michaelem Columbum*: Venetiis, apud eumdem, 1589, in fol.

Tom. tertius: Ibidem, apud eumdem, 1597, in fol.

In omnes Hippocratis Aphorismorum libros Prælectiones

Patavinæ. In quibus immuneræ pene ipsius Hippocratis obscuriores loci, ac sententiæ elucidantur, problemataque permulta abstrusiora facili methodo enodantur. Nunc primum à *Maximiliano Mercuriali Aut. fil.* publici juris factæ. Bononiæ, apud Hier. Tamburinum, 1619, in fol. Lugduni, apud Ant. Pillehotte, 1621, in 4. cum *Pancratii Marcellini* Notis Marginalibus.

Commentarii eruditissimi in Hippocratis Coi Prognostica, Prorrhetica, De Victus ratione in morbis acutis, & Epidemicas historias. Quibus accessere Tractatus luculentissimi de Hominis generatione, Vino & Aqua, Balneisque Pisanis. A *Marco Cornacchino* ex ore ipsius diligenter excepti, nunc primum in lucem editi. Francof. apud Ioa. Theob. Schonwetterum, 1602, in fol.

In secundum lib. Epid. Hipp. Prælectiones Bononienses. Forolivii, apud Cimatticos, 1626, in fol.

De ratione discendi Medicinam ἐπιγραφή. Extat cum Ioan. Georgii Schenckii Enchiridio de formandis Medicinæ studiis. Argentorati, apud Conradum Scher, 1607, in 12.

De Febribus Prælectiones extant msf. in Bibliotheca nostra.

HIERONYMI MONTALTI, *Siculi Platiensis*

De Homine Sano libri tres. In quorum primo agitur de natura & substantia hominis. In altero, de his quæ ad ipsam substantiam labefactandam, ejusque functiones violandas, valent. In tertio denique, de facultate qua hæc propulsare & proinde illam tueri valemus. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1591, in 8.

HIERONYMI MONTVI, *Mirebelli Domini*

Anasceve Morborum, tribus tomis. Lugduni, apud Ioa. Tornæsium, 1560, in 8.

Practica Medica à doctis viris diu desiderata, & nunc primum in lucem edita, in sex partes divisa. I, De profligandis humani corporis morbis particularibus. II, De deprehendendis, & expurgandis febribus. III, De curandis Infantium morbis, & febribus. IV, De Chirurgicis auxiliis ad effectus, qui repentinam exigunt curationem. V, De tuenda Sanitate, seu de salubritatis tutela. VI, Compendium curatricis scientiæ, & de purgatione juxta doctrinam: &c. In quibus omnia quæ ad practicam ipsam exquisite exercendam sunt necessaria, methodo mirabili enodantur ac illustrantur. Venetiis, apud Variscos, 1626, in 4.

Opusculia Iuvenilia. Nempe Viator, sive Itinerarium. De Abditis Centuriæ duæ. Selectorum, sectiones tres. Exalogi de his quæ ad medicum pertinent. De medica theoresi lib. I. Lugduni, apud Ioa. Tornæsium, & Guil. Gazejum, 1556, in 8.

De Medicis ἐξαλόγοι, id est, Sermones sex: quorum I, De Sectis Medicorum: II, de Disciplinis, quæ Dogmaticis necessariæ. III, De Dogmaticorum officio. IV, De excellentia Dogmaticorum. V, De Consiliis eorum. VI, De stipendiis eorundem. Ejusdem de Humorum differentiis atque indiciis epitome. Lugdu-

Lugduni, apud Melch. & Gasp. Trechsel, 1534, in 8.

De Activa Medicinæ scientia commentarii duo. Quorum primus de salubritate non modo tuendæ sanitatis, verum etiam producendæ ad multos annos vitæ rationem modumque docet. Alter vero universales, qui ad morborum curationes pertinent, canones explanat. Lugduni, apud Ioa. Tornæsium, 1557, in 8.

Compendiolum Curatricis scientiæ longe utilissimum. Adjecta est insuper ejusdem Sylloge de purgationibus. Lugduni, apud Tornæsium, 1556, in 8.

Halosis febrium. Lugduni, apud Tornæsium, 1555, in 4.

De Morbo Gallico liber. Lugduni, apud Tornæsium, & Gazejum, 1558, in 4.

HIERONYMI NVNNII RAMIREZ, *Olysipponensis*

De ratione curandi per sanguinis missionem. Olysipponæ, apud Petrum Crasbeet, 1610, in 4. Antverpiæ, apud Bellerum, 1610, in 4.

HIERONYMI NYMANNI

De Imaginatione Oratio. Extat cum Dissertationibus Physicis-Medicis Tobiæ Tandleri. Witebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1613, in 8.

HIERONYMI PERLINI

Binæ historiæ, seu instructiones medicæ, Physiologicæ, Pathologicæ, & Therapeuticæ, quæ binorum identidem diversorum corporum muliebrium temperamenta, morbos, & morborum institutas, tentatasque curationes spectant: utraque in partes tres divisa. Quibus loco præfationis adjuncta est & præposita Methodus compendiaria scribendi hujusmodi historias seu Instructiones. Hanoviæ, apud hæred. Aubrii, 1613, in 4. Accedunt his De Alexiteriis & Alexipharmacis Commentariolus. De Morte, causa Graviditatis abortus vel partus, Medica quidem disputatio, sed societatibus officiorum contrahendis, dijudicandisque necessaria. Cui adjunctum est Rescriptum eadem de re ad amicum.

Declamatio adversus morborum contagionem hujusque autores & fautores, imo sæculum in parte; seu Præludium in ejusdem autoris tres de Contagionibus, ac Morbis contagiosis contra vulgarem & communem opinionem libros, in quatuor capita divisum: &c. Hanoviæ, apud hæred. Aubrii, 1613, in 4.

HIERONYMI REVSNERI, *Leorini*

Diexodicarum Exercitationum liber de Scorbuto. In quo, præter genuinam variorum, novorum ac insolentium morborum prosapiam, solertemque lienis è priscorum mystarum Pandectis erutam liturgiam, exaugurata Paracelsitarum Hieroglyphia, nec non exauctorata Parachymicorum Chrysurgia, enucleatur, quomodo juxta Hippocratis Galenique Therapeusin selecta Spagyricorum Magisteria tuto administrari possint. Francof. apud Zach. Palthenium, 1600, in 8.

Vrinarum probationes Iodoci Willichii illustratæ Scholis medicis, in quibus principia solidæ Vroscopiæ ad solidæ Philosophiæ fontes revocantur: multiq; medicorum errores deteguntur. His accessere variæ matularum delineationes: atque gemini urinarum colores. Remedia item plurima ex urina desumpta: maxima vero ex parte Chemica. Basileæ, apud Sebast. Henric. Petri, 1582, in 8.

HIERONYMI RVBEI, *Ravennatis*,

Annotationes in libros octo Auli Cornelii Celsi de Re Medica. Quibus omnia, quæ ad universam Medicinam spectant, dilucide, & compendiose explicantur. Venetiis, apud Ioa. Guerilium, 1616, in 4.

De Destillatione liber, sive de stillatiorum liquorum, qui ad medicinam faciunt, methodo, atque viribus, liber. In quo Chemicæ artis veritas ratione, & experimento comprobatur. Ravennæ, apud Franc. Thebaldinum, 1582, in 4. Basileæ, apud Sebast. Henric. Petri, 1585, in 8. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1604, in 4.

HIERONYMI RVPEI, *Tolosani*

Paradoxa & Theoremata rei medicæ quæ in quadruplici sunt differentia: de his quæ ad Medicum: quæ ad Chirurgiam: quæ ad Pharmacopolam: quæ ad Obstetrices spectant. Omnia octoginta tribus positionibus contenta. Tolosæ, 1559, in 4.

HIERONYMI SACHETI, *Æliani*

De Podagricis, & Arthriticis morbis Retractatio. Brixiæ, apud Petrum Mariam Marchettum, 1580, in 8.

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

HIERONYMI SCHALLERI

Epistola ad Melchiorem Fendium de Theriacæ suæ compositione, extat eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 151.

HIERONYMI SCHREIBERI, *Norimbergensis*

Epistola ad Clariss. Virum Wolfgangum Meurerum, de Morbo & Obitu Valerii Cordi. Extat cum Annotationibus ejusdem Cordi in Dioscoridem. Tigurini, apud Andream Gesnerum, 1561, in fol.

HIERONYMI SENIS, *Patavini*

De totius animalis Integumentis Opusculum. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1618, in 4.

HIERONYMI à TOVAR

De Ponderibus medicamentorum liber. Hispali, ex offic. Antoniana, 1572, in 4.

HIERONYMI TRAGI, *Germani*

De Stirpium, maxime earum, quæ in Germania nascuntur, usitatis nomenclaturis, propriisque differentiis, neque non temperaturis ac facultatibus, Commentariorum libri tres; Germanica primum

primum lingua conscripti, nunc in Latinam conversi interprete *Davide Kybero*, *Argentinensi*. His accesserunt à fronte præfationes duæ: altera D. Conradi Gesneri Tigurini, rei herbariæ scriptorum, qui in hunc usque diem scripserunt, catalogum complectens: altera ipsius Autoris, herbariæ cognitionis laudes, & alia nonnulla cognitu tum necessaria, tum jucundissima continens. Præterea, Corollarii vice ad calcem operis, adjectus est Benedicti Textoris Segusiani de Stirpium differentiis, ex Dioscoride secundum locos communes, Libellus. Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, 1552, in 4.

HIERONYMI XIMENES, *Cæsaraugustani*
Institutiones Medicæ. Toleti, 1583, in fol.

HILARII PYRKMAIR.
De causis affectionum & proprietatum quarundam singularium cum in homine, tum in animantibus quibusdam aliis. Monachii, 1575, in 8.

HIERONYMI VENEROSII, *Ianuensis*
Consultatio responsiva de Vrinæ stillicidio, Pruritu, & Herpete exedente. Venetiis, apud Leonem Auratum, 1611, in 4.

HIERONYMI VISCERI
Epistolæ binæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

HIERONYMI de ZANETINIS
Conclusio & comprobatio Alchymiæ, qua disputationi & argumentis Angeli respondetur. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1613, in 8.

HIERONYMI ZYNTHI, *Parmensis*
De Balneo Thermali, Lixignano vocato, nec non de Luto Barboliorum Medicato, in Ducatu Parmensi, tractatus. In quo breviter docentur modi reales utendi, & aquis, & luto Thermali in communi, pro curandis variis morbis, & occurrendis symptomatibus, quæ in administratione diversorum usuum frequenter contingere solent. Venetiis, apud hæredes Damiani Zenarii, 1615, in 4.

HILDEGARDIS de PINGVIA
De Elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fruticum, herbarum, arborum, arbustorum, piscium, volatilium & animantium terræ naturis & operationibus. Argentorati, apud Ioannem Schottum, 1544, in fol. cum Experimentario medicinæ, continente Trotulam, Oct. Horatianum, & alios.

HIMERII
De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce quidem, Basileæ, apud Ioan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione *Ioannis Ruellii*, Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

HIPPOCRATIS *alicujus*

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce quidem, Baſileæ, apud Ioan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione *Ioannis Ruellii*, Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. *Ioan. Alex. Braſſicani* opera in lucem editis, Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, *Iano Cornario* interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

HIPPOCRATIS COI, *Medicorum Principis*

Opera omnia. Græce. Venetiis, apud Aldum, & Aſulanum, 1526, in fol. Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in fol.

Latine. Ex *Marci Fabii Calvi Ravennatis* verſione, Romæ, 1549, in fol. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1526, in fol. In hac editione de ratione victus in morbis acutis lib. IV, & Præſagiorum lib. III, *Guilielmus Copus*: Aphoriſmorum lib. VII, *Nicolaus Leonicenus*: De Natura hominis lib. *Andreas Brentius* verterunt. Ex *Iani Cornarii* interpretatione, Venetiis, apud Ioan. Gryphium, 1545, in 8. Baſileæ, apud Frobenium, 1546, 1553, 1558, in fol. 1554, in 8, 2 voll. Pariſiis, apud Carolam Guillard, 1546, in 8. Lugduni, apud hæredes Iacobi Iuntæ, 1564, in fol. Ex interpretatione *Anutii Foeſii, Mediomatrici*, Francof. apud hær. Andr. Wecheli, 1596, in 8.

Græcolatine. Ab *Hieronymo Mercuriali*. Veterum Codicum collatione reſtituta, novo ordine in quatuor claſſes digeſta, Interpretationis latinæ emendatione, & ſcholiis illuſtrata. Venetiis, apud Iuntas, 1588, in fol. Ab *Anutio Foeſio Mediomatrico* in octo ſectiones ex Erotiani mente diſtributa, & recens latina interpretatione & Annotationibus illuſtrata. Adjectis ad VI Sectionem Palladii Scholiis Græcis in lib. περὶ ἀγμῶν, nondum antea excuſis, & nunc primum latinitate donatis. His præterea acceſſere variæ in omnes Hippocr. lib. Lectiones Græcæ, ex reconditiſſimis manuſcriptis exemplaribus ſumma diligentia collectæ, nec non etiam quorundam doctiſſ. virorum in aliquot Hippocr. libros Obſervationes. Francof. apud Andr. Wecheli hæred. 1595, in fol.

Sunt autem Operum

HIPPOCRATIS

Iuxta Erotiani mentem & Foeſii diſpoſitionem ſectiones octo; quarum I *continentur:*

Ἱπποκράτους ὅρκος,	Hippocratis Iusjurandum.
Ἱπποκράτους νόμος,	Hippocratis Lex.
Περὶ τέχνης,	De Arte, lib. I.
Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς,	De priſca Medicina, lib. I.
Περὶ ἰητροῦ,	De Medico, lib. I.
Περὶ εὐσχημοσύνης,	De decente habitu, aut decoro, lib. I.
Παραγγελίαι,	Præceptiones.

Περὶ γ-

Sect. II.

Προγνωστικὸν,	Prænotionum, lib. I.
Περὶ χυμῶν,	De Humoribus, lib. I.
Περὶ κρισίων,	De Iudicationibus, lib. I.
Περὶ κρισίμων,	De diebus judicatoriis, lib. I.
Προῤῥητικὸν,	Prædictorum, lib. II.
Κωακαὶ προγνώσεις,	Coacæ prænotiones.

Sect. III.

Περὶ φύσιος ἀνθρώπου,	De Natura hominis.
Περὶ γονῆς,	De Genitura.
Περὶ φύσιος παιδίου,	De Natura Pueri.
Περὶ σαρκῶν,	De Carnibus.
Περὶ ἑπταμήνου,	De Septimestri partu.
Περὶ ὀκταμήνου,	De Octimestri partu.
Περὶ ἐπικυήσιος,	De Superfœtatione.
Περὶ ὀδοντοφυΐης,	De Dentitione.
Περὶ καρδίας,	De Corde.
Περὶ ἀδένων,	De Glandulis.
Περὶ ὀστέων φύσιος,	De Ossium natura.
Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων,	De Aëre, aquis, & locis.
Περὶ φυσῶν,	De Flatibus.
Περὶ ἱερῆς νόσου,	De Morbo sacro.

Sect. IV.

Περὶ διαίτης ὑγιεινῆς,	De Salubri victus ratione.
Περὶ διαίτης,	De Victus ratione, lib. III.
Περὶ ἐνυπνίων,	De Insomniis.
Περὶ τροφῆς,	De Alimento.
Περὶ διαίτης ὀξέων,	De Victus ratione in morbis acutis.
De Potu in morbis. In quo de aquis, vino, omnique facticio potu in universum, ac de privato in singulis morborum generibus eorum usu plene differitur. Papiæ, apud Ioan. Bapt. Vismaram, 1604, in 4. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1604, eadem forma.

De Facili medicina per Seri & Lactis usum, libri tres. Papiæ, apud Petrum Bartolum, 1604, in 4.

De Igneis Medicinæ præsidiis libri duo. Venetiis, apud Rubertum Mejettum, 1595, in 4.

IOANNIS CRATONIS à CRAFFTHEIM, *Vratislaviensis*

Isagoge Medicinæ. Venetiis, apud Valgrisium, 1560, in 8. Hanoviæ, apud Guil. Antonium, 1595, in 8.

Periocha methodica in Galeni libros de Elementis, Natura humana, Atra bile, Temperamentis & Facultatibus naturalibus. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1563, in 8. Hanoviæ, apud Guil. Antonium, 1595, in 8.

Μικροτέχνη, seu parva ars Medicinalis, nunc primum studio & industria *Laurentii Scholzii Vratislaviensis* in lucem edita. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1592, in 8. Hanoviæ, apud Claudium Marnium, 1609, in 8.

Methodus Therapeutica ex Galeni & Montani sententia. Idæa etiam Hippocratica. Vna cum Methodo de humore melancholico. Basileæ, apud Oporinum, 1563, in 8. apud Pernam, 1558, in 8. cum Opusculis variis ac præclaris Ioa. Bapt. Montani ab *Hier. Donzellino* editis. Francof. apud Nicol. Steinium; 1594, in 8.

Consiliorum & Epistolarum Medicinalium, Liber. Ex collectaneis clarifs. Viri *Dn. Petri Monavii Vrausl.* quondam Medici Cæsarei selectus, & primum à *Laurentio Scholzio Silesio* in lucem editus. Francof. apud Andr. Wecheli hær. 1591, 1595, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber secundus. *Laurentii Scholzii* studio in lucem editus. Ibidem, apud eosdem, 1592, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber tertius. Ejusdem *L. Scholzii* opera editus. Ibid. apud eosdem, 1592, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber quartus. Ejusdem *Scholzii* industria editus. Ibidem, apud eosdem, 1593, in 8. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1614, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber quintus. Ejusdem studio editus. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8.

De Morbo Gallico Commentarius, nunc primum studio & opera *Laur. Scholzii* in lucem editus. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8.

De vera præcavendi, & curandi febrem pestilentem contagiosam ratione, ex Idiomate Germanico in Latinam linguam conversa, à *Dn. M. Martino Weinrichio.* Extat pag. 1070 Consiliorum Medicinalium à *Laur. Scholzio* collectorum, editionis Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Assertio pro libello suo Germanico, in quo pestilentem febrem putridam ab ea quæ à contagione oritur lateque disseminatur, discernit. Adjecta est brevis de Contagione & putredine, vera etiam curandi & præcavendi contagiosam febrem pestilentem ratione, commentatio & commonefactio. Francof. apud Wecheli hæredes, 1595, in 8.

Epiſtola ad Caſp. Peucerum de Peſte. Extat tomo II Conſiliorum Montani.

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum. Hortatur Crato Matthiolum, ne ob malevolorum inſectationes à Republica juvanda ſuis ſtudiis ſe dimoveat. Extat l. II Epiſt. Matthioli, p. 379.

Epiſtola alia, in qua probantur Matthioli defenſiones in Guilandinum, quædam vero pluribus aſſerenda cenſentur. Extat ibidem lib. IV pag. 452.

IOANNIS CVNRADI GERHARDI

Extractum Chymicarum quæſtionum, ſive reſponſionis ad theoriam lapidis philoſophici editam in Academia Regiomontana à quodam ibidem antichymiſta. Vbi veritas artis chymicæ etiam contra principia negantem aſſeritur, & multæ difficiles & jucundæ quæſtiones diſcutiuntur. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1616, in 8.

Tractatus practicus de Chymiatria, ideſt, de Aquarum, Oleorum, Salium, Eſſentiarum extractione, & de Thermarum probatione. Baſileæ, apud Ioan. Iac. Genathium, 1631, in 4.

IOANNIS DAMASCENI

Aphoriſmorum liber. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in 4. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1579, in 8. cum Aphoriſmis Rabbi Moyſis.

IOANNIS DANIELIS MYLII, *Vetterani*

Opus Medico-Chymicum: continens tres tractatus ſive Baſilicas: quorum prior inſcribitur Baſilica Medica. Secundus Baſilica Chymica. Tertius Baſilica Philoſophica. Francof. apud Lucam Iennis, 1618, in 4.

Quorum

Tractatus primus, ſeu Baſilica Medica, continens tres libros ſeu partes de Salutifera Medicina antiqua Hippocratica: I, Phyſiologiam: II, Pathologiam: III, Therapeuticam ſuccincte demonſtrat.

Tractatus ſecundus, ſeu Baſilica Chymica, continens libros ſeptem. I, Anatomiam Auri: II, Argenti & Mercurii: III, Iovis, Martis, ac Veneris. IV, Tractat de Gemmis. V, Examinat Mineralia. VI, Vegetabilia reſolvit. VII, Animalia explicat.

Tractatus tertius, ſeu Baſilica Philoſophica, continens libros tres. Horum prior continet Philoſophorum ac Sapientum antiquorum Conſilia ſuper Lapidem Philoſophorum ſeu Medicinam univerſalem. II Liber deſcribit Chymicorum vaſa & fornaces. III Liber explicat quædam Philoſophorum obſcura.

Operis Medico-Chymici, continentis tres tractatus ſive Baſilicas, Index geminus luculentiſſimus: ex quibus prior omnium & ſingulorum, quæ in eo continentur, Capitum ſummam: Poſterior Res & Verba memorabilia exhibet. Francof. apud Lucam Ienniſium, 1630, in 4.

Anatomia

Anatomia Auri, ſive Tyrocinium Medico-Chymicum, continens in ſe partes quinque: quarum I, tradit Concordantiam & Harmoniam Solis cœleſtis cum Auro terreſtri: item Auri definitionem & confuſam multorum Phyſicorum de Auro opinionem. II, agit de Medicinis aureis & Receptis antiquorum ac recentium Medicorum, Aurum ingredientibus, tam in ſimplici, quam præparata forma. III, de Auri potabilis præparatione tam vulgari, quam Philoſophica. IV, exhibet Vſum medicinalem Auri potabilis tam communis, quam veri & Philoſophici. V, demonſtrat Idæam Lapidis in duodecim figuris. Francof. apud Lucam Ienniſium, 1628, in 4.

Antidotarium Medico-Chymicum Reformatum: continens quatuor libros diſtinctos. Quorum primus Generaliora in pharmaciam requiſita explicat. II, Tractat de quibuſdam exoticis in noſtris Baſilicis omiſſis. III, Tradit præcepta Galenicorum & Chymicorum de præparatione medicamentorum. IV, Reſolvit formas, & dividit medicamenta tam Galenicorum, quam Chymicorum. Francof. apud Lucam Iennis, 1620, in 4.

Pharmacopœa Spagyrico-Medica, ſive Practica Galeno-Chymica, arcana, & univerſalis: ad omnis generis curandi morbos elaborata, nec non ſecretis remediis, Antidotis, Diaphoreticis, Elixiriis, Anodynis, Magiſteriis & myſteriis, atque doctiſſimorum Medicorum tum Spagyricorum, tum Galenicorum auctoritate, eorumque compoſitionibus & experimentis variis exornata. Francof. apud Ioa. Godofr. Schônwetterum, 1628, in 8.

Pharmacopœæ Spagyricæ, ſive Practicæ univerſalis Galeno-Chymicæ liber ſecundus. Ad omnis generis curandi morbos, ſecretiſſimis remediis & experimentis elaboratus, nec non doctiſſimorum Medicorum tam Chymicorum quam Galenicorum auctoritate exornatus. Cui acceſſit Marci Cornacchini Methodus hactenus incognito modo, cito, & chymice curandi affectiones corporis, ab Humoribus copia vel qualitate peccantibus genitas. Francof. apud Theobaldum Schônwetterum, 1628, in 8.

Philoſophia Reformata, continens libros binos. Primus liber in ſeptem partes diviſus eſt. Pars I, agit de generatione metallorum in viſceribus terræ. II, tractat principia artis philoſophicæ. III, docet de ſcientia Divina abbreviata. IV, enarrat duodecim gradus ſapientum philoſophorum. V, declarat Ambigua in hac divina ſcientia. VI, dicit de Recapitulatione artis divinæ Theorica. VII, ait de Artis Divinæ Recapitulatione Practica. Secundus liber continet authoritates Philoſophorum. Francof. apud Lucam Iennis, 1622, in 4.

IOANNIS DANTZII, *Aſtenſis*

Tabulæ Simplicium Medicamentorum, quæ apud Dioſcoridem, Galenum, & Plinium ſunt, omnium, exceptis iis quæ ab animalibus ſumuntur, facultates tam generales quam particulares,

res, continentes, & eam quæ est ad principia sequelam, & omnia ad elementorum rationes consequantur, nec quicquam in iis reperiatur pugnans, mira industria evidentissime ob oculos spectanda, exponentes. Quas aliæ consequuntur tabulæ, eo judicio, doctrina, & compendio compositæ dispositæque, ut, simplicium viribus ex prioribus tabulis cognitis, primo aspectu medicis ad plerosque morbos remediorum præsidia invenire promptissimum & facilimum sit. De Simplicium medicamentorum facultatibus in genere, deque iis tum ratione, tum experientia investigandis, Dialogi quatuor. Basileæ, apud Henricum Petri, 1543, in fol.

Vniversales Ioannis Mesuæ Canones, cum Iac. Sylvii Annotationibus in eosdem, una cum quamplurimis ex Galeni libris de Simplicium medicamentorum facultatibus. Accesserunt his Mesuæ præcipui loci communes per Tabulas in ordinem compendiumque dispositi, ut sine negotio Medicus ob oculos positos totam artem Medicam percurrere possit, Georgio Pictorio auctore. Basileæ, apud Henr. Petri, 1545, in fol.

IOANNIS DASTIN

Visio, seu de Lapide Philosophorum liber. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philosophicæ à *Ioan. Rhenano* collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

IOANNIS DEE, *Londinensis*

Monas hieroglyphica. Antverpiæ, apud Guiliel. Silvium, 1584, in 4. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

IOANNIS DEETZII, *Torgensis*

De Arthritide Disputatio. Extat Decade v Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1621, in 4.

IOANNIS DIGOPII

Alchymia, sive auri multiplicatio. Parisiis, apud Dionysium à Prato, 1573, in 8.

IOANNIS DINCKELII

Oratio habita in Schola Gothana, de Clarissimo & opt. Viro D. D. Iustino Pezolto Medico, urbisque Patriæ Physico doctissimo. Erphordiæ, apud Ezaiam Mechterum, 1583, in 8.

IOANNIS DIVRII, *Bellovaci*

Scrinium Medicinæ: sive Aphorismi, & Collectiones medicinales. Parisiis, apud Neobarium, 1536, in 8. Argentorati, apud Knoblochium, 1542, in 8.

IOANNIS DOMINICI SALÆ, *Patavini*

De Natura Medicinæ libellus, in quo Prolegomena explicantur. Patavii, apud Societatem Patavinam, 1628, in 4.

Ars medica, in qua methodus & præcepta omnia Medicinæ curatricis & conservatricis explicantur. Venetiis, apud Euangelistam Deuchinum, 1620, in 4.

De Alimentis, & eorum recta administratione, liber. In quo primo

primo ex recensu omnium differentiarum Alimentorum, tum optima eliguntur, tum idonea pro quacunque constitutione; deinde rectæ administrationis præcepta traduntur. Patavii, apud Io. Bapt. Martinum, 1628, in 4.

IOANNIS DONATELLI, *Castilionensis*

De Febre maligna disputatio cum Theodoro Angelutio, &c. de ejusdem malignæ febris natura & curatione differente. Venetiis, apud Rob Mejettum, 1593, in 4.

IOANNIS DONATI SANCTORII, *Laurinatis*

Liber de Semine, nec non de ejus virtute informativa. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1554, in 4.

IOANNIS de DONDIS, *Patavini*

De Fontibus calidis Agri Patavini liber. Extat pag. 94 Operis Veneti de Balneis.

IOANNIS DRYANDRI, *Germani*

Anatomicæ, hoc est, corporis humani dissectionis pars prior: in qua singula quæ ad caput spectant, membra & partes recensentur, cum figuris & eiconibus. Item Anatomia Porci, ex traditione Cophonis. & Anatomia Infantis ex Gabriele de Zerbis. Marpurgi, apud Eucharium Cervicornum, 1537, in fol.

De Balneis Enisensibus, liber. Marpurgi, apud Cervicornum, 1535, in 8. & Operis Veneti de Balneis pag. 290.

IOANNIS DVGONIS PHILONII

De regimine sanitatis libellus. Extat cum reliquis ejusdem scriptis, Basileæ, apud Oporinum, 1553, in 8.

IOANNIS DVMBELEII, *de Anglia*

Hortus Amoris, in quo docetur creatio verissimæ arboris Philosophicæ. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philosophicæ, studio *Ioannis Rhenani* collectæ. Francof. apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8, Ejusdem Practica vera Alchymiæ; & Via universalis, ibidem extant.

IOANNIS EBERHARDI, *Gryphiswaldensis*

De Angina Disputatio. Extat Decade V Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iacob. Genathius, 1621, in 4.

IOANNIS ECHTII

De Scorbuto, vel Scorbutica passione, Epitome. Extat cum Dan. Sennerti de Scorbuto tractatu. Wittebergæ, apud Zach. Schurerum, 1624, in 8.

IOANNIS ELYSII, *Neapolitani*

Breve Compendium de Balneis totius Campaniæ; item Ænariæ insulæ, ejusdemque mirabili incendio. Extat pag. 209 Operis Veneti de Balneis.

IOANNIS ERNESTI BVRGGRAVII, *Neustad-Electoralis*

Biolychnium, seu lucerna cum vita ejus, cui accensa est Mystice vivens jugiter; cum morte ejusdem expirans; omnesque affectus graviores prodens. Huic accessit Cura morborum magnetica

tica ex Theophrasti Paracelsi Mumia: itemque omnium venenorum Alexipharmacum. Francof. apud Wilh. Filtzerum, 1629, in 8.

Achilles πάνοπλος redivivus, seu Panoplia Physico-Vulcania, in prælio φιλόπλος in hostem educitur sacer & inviolabilis. Cui præmissa est Marcelli Vranckheim ἐπικέλευσις παραινετικὴ ad Achillem παντοπεριοπλόμαχον. Amsterodami, apud Henr. Laurentiū, 1612, in 8.

Lampas vitæ & mortis omniumque graviorum in homine παθῶν index. Cui annexa est Cura morborum Magnetica ex Theoph. Paracelsi Mumia: itemque omnium venenorum Alexipharmacum. Lugd. Batav. apud Henr. ab Haestens, 1610, in 8.

De Acidulis Schwalbacensibus Epistola extant cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, pag. 70.

IOANNIS EVSEBII NIEREMBERGII, *Madritensis*

Historia Naturæ, maximæ peregrinæ, Libris XVI. distincta. In quibus rarissima Naturæ arcana, etiam astronomica, & ignota Indiarum animalia, quadrupedes, aves, pisces, reptilia, insecta, zoophyta, plantæ, metalla, lapides, & alia mineralia, fluviorumque & elementorum conditiones, etiam cum proprietatibus medicinalibus, describuntur; novæ & curiosissimæ quæstiones disputantur, ac plura Sacræ Scripturæ loca erudite enodantur. Accedunt de miris & miraculosis Naturis in Europa, Libri duo: item de iisdem in Terra Hebræis promissa, Liber unus. Antverpiæ, apud Balthasarem Moretum, 1635, in fol.

IOANNIS EWICHII, *Bremensis*

De officio fidelis & prudentis magistratus tempore pestilentiæ Rempubl. à contagio præservandi liberandique, libri duo. Neapoli, apud Matthiam Harnisch, 1582, in 8.

Hippocratis de Natura humana, libellus genuinus & elegans; novo Gymnasio Bremensi propositus. Cum brevi εἰσαγωγῇ ejusdem, & Hippocratis vitæ ἐπιτομῇ. Bremæ, apud Theod. Gluickstein, 1584, in 4.

IOANNIS FABRI

Oratio funebris de nobili & experientiss. V. Dn. Andrea Planero, habita Tubingæ; ibidemque apud Cellium, 1607, in 4 edita.

De Calculis in corporis humani partibus inventis, Epistola, extat cum Greg. Horstii Observat. Medicinal. singular. lib. IV posterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

IOANNIS FABRI, *Bambergensis*

De Nardo & Epithymo adversus Iosephum Scaligerum Disputatio. Qua Plantarum istarum vera descriptio continetur. Dioscoridis, Propertii, & Ovidii loca declarantur, & à corruptela defenduntur: Medicorum denique & Pharmacopœorum honos à Scaligeri calumniis vindicatur. Romæ, apud Guillielmum Faciottum, 1607, in 4.

IOAN-

IOANNIS FABRICII, *Montani*

Differentiæ animalium quadrupedum, secundum locos communes. Opus ad animalium cognitionem apprime conducibile. Tiguri, apud Gesneros ffr. 1555, in 8. huic accedunt Similitudinum ab omni animalium genere desumtarum libri sex, ex optimis quibusque Authoribus sacris & profanis, Græcis & Latinis, per Othonem Werdmullerum collecti, & pulcherrima methodo digesti.

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS FALCONIS

Additiones ad Practicam Antonii Guainerii. Papiæ, apud Bernardinum de Garaldis, 1518, in 4. cum aliis Guainerii operibus.

IOANNIS FERNELII, *Ambiani*

Vniversa Medicina. Quæ continet Physiologiæ lib. VII. Pathologiæ lib. VII. Therapeuticæ universalis, seu Medendi rationis lib. VII. atque in septimum horum *Guil. Plantii Cenomanni* doctissima Scholia. Febrium curandarum methodum generalem. De luis venereæ curatione perfectissima, librum. Consilium Epileptico præscriptum. De Abditis rerum causis lib. II. Consiliorum lib. Cui accesserunt responsa quædam Clarorum Medicorum Parisiensium. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes Marnium & Aubrium, 1592, in fol. apud eosdem, 1607, in 8, 2 voll. Hanoviæ, apud Ioa. & Andr. Marnium, 1610, in fol. Parisiis, apud Ioa. Veyrat & Thom. Soubron, 1602, in fol.

Seorsim edita sunt:

De Vacuandi ratione liber. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1545, in 8. Lugduni, apud Ioa. Tornæsium, 1548, in 8. Francof. apud Ioa. Saurium, 1612, in 12. Cum Schola Salernitana.

De Luis Venereæ, sive morbi Gallici curatione perfectissima liber. Antverpiæ, apud Christ. Plantinum, 1579, in 8. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1580, in 8.

Consiliorum medicinalium liber. Ex ejus adversariis Quadringentarum Consultationum selectus. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1585, in 8. Parisiis, apud Ægidium Beysium, 1585, in 8. Cui accesserunt, Responsa quædam clarorum Medicorum Parisiensium.

De Abditis rerum causis libri duo. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 8.

Disputatio de partu cujusdam infantulæ Agennensis, An sit septimestris an novem mensium? Extat parte VI Operum Iacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Chouet, 1630, in fol.

IOANNIS FERRANDI, *Pictaviensis*

De Nephrisis & Lithiasis, seu de renum & vesicæ calculi definitione, causis, signis, prædictione, præcautione, & curatione. Ex Hippo-

Hippocrate, Dioſcoride, Galeno, Avicenna, Aëtio, & Paulo Ægineta, aliiſque celeberrimis medicis, collectis. Pariſiis, apud Mich. Somnium, 1570, in 8.

IOANNIS FIENI, *Andoverpiani*

De Flatibus humanum corpus moleſtantibus, commentarius novus, ac ſingularis. In quo Flatuum natura, cauſæ & ſymptomata deſcribuntur, eorumque remedia facili & expedita methodo indicantur. Antverpiæ, apud Henr. Henricium, 1582, in 8. Francof. apud Sanctandream, 1592, in 8.

IOANNIS FILESACI

Medicinæ defenſio adverſus Plinium Majorem. Excerpta ex libro primo Selectorum. Lutetiæ Pariſiorum, apud Sebaſt. Cramoiſii, 1618, in 8. cum aliis ejuſdem.

IOANNIS FOENISECÆ

Phyſica Medicinæ ſubalterna. Extat cum ejuſdem reliquis ſcriptis. Auguſtæ Vind. 1515, in 4.

IOANNIS FONTANI

Fons ſcientiæ cupidorum. Lugduni, apud Ioannem Tornæſium, 1547, in 16.

Phyſiognomia Ariſtotelis ordine compoſitorio edita, ad facilitatem doctrinæ. Commentariis illuſtrata breviſſimis, & propter methodum præſpicuam, facilimis. In gratiam eorum præſertim qui mores hominum præſpicere ſtudent. Pariſiis, apud Ioannem Paquet, 1611, in 8.

IOANNIS FRAGOSI

De Chirurgia, liber. De Evacuationibus, liber. & Antidotarium. Matriti, apud Gomeſium, 1581, in fol.

Aromatum, fructuum, & ſimplicium aliquot medicamentorum ex India utraque, & Orientali, & Occidentali, in Europam delatorum, quorum jam eſt uſus plurimus, hiſtoria brevis, utilis, & jucunda. Ex Hiſpanico in Latinum converſa opera *Iſraelis Spachii Argentinenſis*. Argentinæ, apud Iod. Martinum, 1601, in 8.

De Succedaneis medicamentis liber. Ejuſdem Animadverſiones in quamplurima medicamenta compoſita, quorum eſt uſus in Hiſpanicis Officinis. Mantuæ, apud Petrum Coſin, 1575, in 8. Matriti, apud Gomeſium, 1583, in 4.

IOANNIS FRANCISCI ARMÆ, *Clavaſſienſis*

Examen trium ſpecierum Hydropum, in dialogos deductum. Taurini, apud Martinum Cravotum, 1566, in 8.

De Pleuritide liber. Taurini, apud Martinum Cravotum, 1549, in 8.

De Veſicæ & Renum affectibus liber. Bugellæ, 1550, in 8.

IOANNIS FRANCISCI ARQUATI

Medicus reformatus ob varias in Medicina κατακρήσεις, ſeu abuſus; quem è tenebris veluti in gurguſtio habitantem eripuit, ac in lucem apertam eduxit, & à ſumma rerum ignoratione liberavit. Venetiis, apud Petrum Cieram, 1608, 1618, in 4. Me-

Medici reformati pars altera. Ibidem, apud eundem, 1621, in 4.

IOANNIS FRANCISCI BOCHALINI, *Asulani*

Apologia adversus aliquot Donati Mutii in Hippocratem & Galenum Convitia. Ac ejusdem de secanda vena in prægnantibus, Epistola. Brixiæ, apud Ludov. Britannicum, 1549, in 4.

IOANNIS FRANCISCI BRANCALEONIS, *Neapolitani*

• Dialogus de Balneorum utilitate cum ad sanitatem tuendam, tum ad morbos curandos, ex Hippocrate, Galeno, cæterisque medicis excerptus. Parisiis, apud Wechelum, 1536, in 8. & pag. 240 Operis Veneti de Balneis.

IOANNIS FRANCISCI DVRATII

Galeni de Locis affectis libri sex: cum eruditissimis commentariis. In quibus totus fere medicinæ thesaurus reconditus est. Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1557, in 8.

IOANNIS FRANCISCI LOMBARDI, *Neapolitani*

• De Puteolanis aquis liber; continens Synopsin auctorum omnium, qui hactenus de Balneis, aliisque miraculis Puteolanis scripsere, una cum Scholiis super locis obscurioribus. Neapoli, 1547, in 4.

IOANNIS FRANCISCI PICI, *Mirandulæ Domini*

Libri tres de Auro. Opus sane novum ac aureum, in quo de auro tum æstimando, tum conficiendo, tum utendo ingeniose ac docte differitur. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Somaschum, 1586, in 4. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. Vrsellis, apud Corn. Sutorium, 1598, in 8. Accessit Bernhardi Comitis antiqui Trevirensis περὶ χημείας opus historicum, & dogmaticum, ex Gallico in Latinum simpliciter versum, & nunc primum editum.

IOANNIS FRANCISCI ROSSELLI, *Catalani*

Ad sex libros Galeni de differentiis, & causis morborum, & symptomatum Commentarii. Volumen primum. Huic subjunctæ sunt ejusdem Epistolæ, altera ad Andream Laurentium in Monspeliensium Academia: altera ad Ioannem de Caravajal in Lyceo Hispalensi publicos Medicinæ Professores. Barcinonæ, apud Sebast. & Iacob. Mathevatos, 1627, in fol.

IOANNIS FRANCISCI ROTÆ, *Bononiensis*

De Introducendis Græcorum medicaminibus liber. Commentarius sane in Galeni librum de compositione medicamentorum per genera. Bononiæ, apud Anselmum Giaccarellum, 1553. in fol.

De tormentariorum vulnerum natura ac curatione liber. Francof. apud Georg. Corvinum, 1575, in 4. Antverpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum Alphonsi Ferrii, & Botalli ejusdem argumenti libris.

IOAN-

IOANNIS FRANCISCI VLMI, *Brixiani*

De occultis in re medica proprietatibus, libri quatuor. Brixiæ, 1598, in 4.

De certa ratione judicandi ex urinis, libri quatuor. Venetiis, apud Hieron. Polum, 1578, in 8.

IOANNIS FREITAGII

Disputatio Medica, Calidi innati essentiam juxta veteris Medicinæ & Philosophiæ decreta explicans, opposita Neotericorum & novatorum paradoxis. Respondente Conrado Walthero Hamburgensi. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Disputatio Medico-Philosophica de Formarum origine, adversus venerandæ antiquitati repugnantem Neotericorum doctrinam exhibita. Respondente Henrico Welman, Groningano. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Disputatio Medica de Morbis Substantiæ, & cognatis quæstionibus contra hujus temporis novatores & paradoxologos. Respondente Iacobo Martini, Dantiscano. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Aurora Medicorum Galeno-Chymicorum: seu de recta purgandi methodo è priscæ Sapientiæ decretis postliminio in lucem reducta, & medicamentis purgantibus simplicibus, compositisque tam veterum, quam neotericorum & chymiatrorum lib. IV. Selectis observationibus & ad omnes pene morbos remediis, ad instar Dispensatorii Vniversalis, propria experientia comprobatis, & secretioribus multifariam refecti. Francof. apud Ioa. Theobaldum Schonwetterum, 1630, in 4.

Noctes Medicæ, sive de Abusu Medicinæ tractatus, quo universum medicastrorum examen, Empiricorum modernorum uberrima annona, uromantes seu lotiophysici, agyrtæ, ophthalmici, dentifranguli chirurgi, genethliaci, seplasiarioinstitores, myropolæ, pseudochymici, umbratici doctores Paracelsistarum sectæ, magomedicastri, sagæ & superstitiosam vulgo curam exercentes perstringuntur, de magia vetita & magorum suppliciis agitur, artis Paracelsiæ fundamenta luculenter traduntur, examinantur, & evertuntur, scitu necessariæ & jucundæ omnibus omnium facultatum studiosis quæstiones moventur. Accessit dissertatio perspicua de sanitate & morbo novis verarum opinionum flosculis respersa. Francof. apud Ioan. Bringerum, 1616, in 4.

De Opii natura, & medicamentis opiatis ad omnes totius corporis affectus probatissimis, & recta, rationali, hactenusque inexplicata iis utendi methodo, Liber singularis. Cui de nova Phthisin curandi ratione consilium, & diversæ consultationes medicinales sub finem accessere. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Oratio Panegyrica de Persona & Officio Pharmacopœi, & Pharmacopolio rite recteque instruendo. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1633, in 4.

IOAN-

IOANNIS FRIDERICI FLORI, *Argentinensis*

Consultatio Medica de curando melancholico. Extat Orationum Argentinensium tomo 1, pag. 512. edit. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

IOANNIS FRIDERICI SCHROTERI

De omnibus in universum totius corporis humani humoribus liber. Patavii, apud Laurentium Pasquatum, 1582, in 4.

Commentaria in librum Hippocratis περὶ φύσεως ἀνθρώπου; quibus adjectæ sunt digressiones duæ ejusdem Authoris, de propagatione & Auctoribus Philosophiæ. Nec non de præcipuis illustrium philosophorum ante Aristotelem circa principia generationis, opinionibus. Genæ, apud Tobiam Steinmam, 1585, in 8.

IOANNIS FRIDERICI WERDENBERGII

Tractatus de Febribus, decerptus ex Victoris Trincavellii prælectionibus, ac commentariis supra Galenum de differentiis febrium, & librum primum Artis curativæ ad Glauconem. Extat cum Andr. Christiani, Ripensis Enchiridio medico. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1607, in 8.

De terebratione Suturarum Epistola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 33.

De signis veneni intra corpus sumpti, & fraudibus Empiricorum circa assumpta venena, Epistola. Extat ejusdem Observat. Cent. V. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 127.

IOANNIS GADESDEN, *Anglici*

Rosa Anglica dicta, quatuor libris distincta: de Morbis particularibus: de Febribus, de Chirurgia, de Pharmacopœa, emendatior & in meliorem redacta ordinem, recens edita opera ac studio *Clar. V. Doct. Philippi Schopffii, Medici Physici Durlacensis*, in Medicinæ studiosorum gratiam. Additæ sunt ad calcem libri quædam Annotatiunculæ. Augustæ Vindel. apud Michaelem Mangerum, 1595, in 4. Papiæ, apud Moysium de Castello Comensis, 1492, in fol. emendante *Nicolao Sylvaticulo Siculo*, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1516, in fol.

IOANNIS GALLEGO de la SERNA, *Malachensis*

Opera Physica, Medica, Ethica, quinque tractatibus comprehensa: quorum I, agit de Principiis generationis omnium viventium. II, De conservatione infantis in utero, de bono & malo pariendi modo, & de summo naturæ artificio quod servat in partu, nec non de obstetricis officio. III, De Puerorum alendi ratione, & sanitate tuenda, qui & de Calculi, & Epilepsiæ præcautione, & curatione. IV, De communi puerorum educandorum ratione, inscriptus Ethica puerorum. V, De Optimi Regis educandi ratione. Lugduni, apud Iacobum & Petrum Prost ffr. 1634, in fol.

IOANNIS GANIVETI

Amicus Medicorum, continens differentias, I, De numero cælestium

cælestium orbium: &c. II, De distinctione Zodiaci: &c. III, De inquisitione Epidemiorum & mortis. IV, De modis conservandi sanitatem, & obviandi ægritudinibus. Cui accesserunt; Opusculum, Cœli enarrant. Liber Abrahami Aben Ezræ de Diebus criticis. Directorium de Figura cœli in Amicum medicorum. Et Astronomia Hippocratis. Omnia primum à *Gondisalvo Toledo* emissa: &c. Francof. apud Iacobum Fischerum, 1614, in 12. Lugduni, apud Ioan. Trechsel, 1496, in 4. apud Ioan. Clein, 1508, in 4.

IOANNIS GARLANDII, *Angli*

Compendium Alchymiæ, cum Dictionario ejusdem artis, & de Metallorum tinctura, præparationeque eorundem, Libello. Adjecta est ejusdem Compendii per *Arnoldum de Villanova* explicatio. Cum tractatu de Salium Aluminumque varietate, compositione & usu, scriptoris incerti. Basileæ, apud Basilium Io. Herold, 1560, in 8.

IOANNIS GEBELII

Διαχεαφὴ thermalium aquarum apud Hermunduros sitarum; prope Annæbergum, & Wolkensteinium, in duos distincta libros. Cui accessit appendix Thermarum Germaniæ. Lipsiæ, apud Ioa. Steinman, 1576, in 8.

IOANNIS GEORGII BRENGGERI, *Kaufbyrensis*

Literæ ad Philippum Hechstetterum, de quibusdam observatis & dubiis in Observationibus ab eo editis. Extant cum iisdem Augustæ Vindel. apud Andr. Apergerum, 1624, in 8.

IOANNIS GEORGII GODELMANNI

De Magis, Veneficis, & Lamiis, deque his recte cognoscendis, & puniendis. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1601, in 4.

IOANNIS GEORGII GROSSII

Compendium Medicinæ ex Scriptura Sacra depromtum: nec non ad eandem recte intelligendam, accommodatum: atque adeo nihil à Theologiæ studiosis alieni, aut peregrini tradens. Ipsa quidem Praxi, ut & Theoria penitiori, relicta iis, quorum est propria. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1620, in 8.

IOANNIS GEORGII SCHENCKII, *à Graffenberg*

Biblia Iatrica, sive Bibliotheca medica macta, continuata, consummata. Qua velut Favissa, Auctorum in Sacra Medicina scriptis cluentium, Reique Medicæ Monumentorum, ac Divitiarum Thesaurus cluditur. Francof. apud Ioa. Spiessium, 1609, in 8.

Lithogenesia, sive de Microcosmi membris petrefacti; & de Calculis eidem Microcosmo per varias matrices innatis: Pathologia historica, per Theoriam, & Autopsian demonstrata. Accessit Analogicum argumentum ex Macrocosmo de Calculis brutorum corporibus innatis. Quibus concretio portentosa ex Panspermio Semine viscoso & bolari per salis spiritum coagulato illustratur: Cui deinceps dissolutionis secunda pars & germana soror associabitur. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1608, in 4.

De

De Formandis Medicinæ studiis & Schola Medica constituenda Enchiridion selectum. Quo clariss. aliquot Philosophorum & Medicorum, Hier. Mercurialis, Iacobi Sylvii, Honorati Castellani, Placotomi & Alberti Wimpinæi Methodi & Epigraphαὶ continentur. Argentorati, apud Conradum Scher, 1607, in 12.

Exotericorum experimentorum ad varios morbos Centuriæ VII. In quibus remedia rara, selecta & comprobata, ad morbos omnis generis tuto percurandos, ex probatissimis nostri seculi Medicis, qui vel in primariis Academiis, vel in Magnatum (puta Cæsarum, Regum, & Principum) Aulis vel denique præcipuis Civitatibus: docenda faciendaque Medicina inclaruere, diligenti opera congesta, exhibentur. Francofurti, apud Ioa. Spiessium, 1607, in 8.

Pandectarum, sive Partitionum medicinalium liber quartus. Qui, τὸ σημειωτικὸν, hoc est, tum probæ, tum adversæ valetudinis Signa: Salubria, Insalubria, & Neutra: eaque vel Diagnostica, vel Prognostica, vel Anamnestica continet: tum quis Morborum decursus, quis exitus futurus sit demonstrat. Francof. apud Ionam Rhodium, 1607, in 12. His additi sunt: Helideus de Padoanis ex Forolivio de Febribus. Methodus curativa practica, Italorum medicorum præcipuorum, opera ejusdem Schenckii. Hieronymi Capivaccii de Compositione Medicamentorum Institutio brevis pro Medico. Albertini Bottoni tractatus de modo discurrendi circa morbos, eosdemque curandi.

Epistola Medica, extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Monstrorum historia memorabilis, monstrosa humanorum partuum miracula, stupendis conformationum formulis ab utero materno enata, vivis exemplis, observationibus, & picturis, referens. Accessit Analogicum argumentum de Monstris brutis. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1609, in 4.

Pinax Auctorum in re medica, Græcorum, Latinorum priscorum, Arabum, Latinobarbarorum, Latinorum recentium, tum & peregrinis linguis cluentium, Extantium, mss. promissorum, vel desideratorum: qui gynæcia, sive muliebria pleno argumento sive ex instituto scriptis excoluerunt & illustrarunt. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1606, in 8.

IOANNIS GERSDORF, *Argentinensis*

De Chirurgia, & Corporis humani Anatomia, liber. Francof. apud Hermannum Gulferich, 1551, in 8.

IOANNIS GESSLERI, *Angelipolitani*

Præstantiora ac dudum modoexperta contra pestem aliqua remedia, ex antiquissimis Medicis excerpta. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1544, in 8.

IOANNIS GORRÆI, *Parisiensis*

Opera. Definitionum Medicarum lib. XXIV. à *Joanne Gorræo F.* locupletati, & accessione magna adaucti. Nicandri Theriaca & Alexipharmaca cum interpretatione, & Scholiis ejusdem. Hippocratis libelli de Genitura, de Natura pueri, Iusjurandum, de Arte, de Prisca Medicina, de Medico, eodem interprete, cum Annotationibus, & adjectis unicuique libello brevibus Scholiis. Formulæ remediorum, quibus vulgo Medici utuntur, autore Petro Gorræo Bituricensi. Parisiis, apud Societatem Minimam, 1622, in fol.

Definitionum Medicarum lib. XXIV. Francof. apud Wechelum, 1578, 1601, in fol.

In Hippocratis lib. de Medico Annotationes & Scholia. Parisiis, apud Wechelum, 1543, in 8.

Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca, cum interpretatione & Scholiis. Parisiis, apud Vascosanum, 1549, in 8.

IOANNIS GRAMANNI

Tractatus de Pharmaco purgante. Quod Galeni mancipia, Pseudomedici, ac Logiatri suis catharticis seu purgantibus, cum sint deleteria, venenosa, corrosiva, nullo spagirices artificio separata, digesta, atque correcta, plurimum obsint. Erphordiæ, 1593, in 4.

IOANNIS GREGORII GOBELII

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Thermis Piperinis, & affectu quodam gravissimo oculorum Epistola, extat Cent. I Epistol. Guil. Fabr. Hildani, Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 376.

IOANNIS GREIFFENHAGHEN

Epistola Medica, extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS GVIDII, *Volaterrani*

De Mineralibus tractatus absolutissimus, in libros quatuor divisus. In quorum I agitur de Metallariis. De Artificibus Metallorum. De Alchimistis. In II de Metallis. De Auro, & Argento. De Gemmis. De Ferro, & Armis. De Salinis. In III de Moneta. De Thesauris. De Rebus aureis, & argenteis. De Ornamentis. De Vestibus auratis. In IV de publica utilitate. De privata utilitate. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1627, in 4.

IOANNIS GVILIELMI STVCKII, *Tigurini*

Antiquitatum convivialium libri tres. In quibus Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque nationum antiqua conviviorum genera, nec non mores, consuetudines, ritus ceremoniæque conviviales, atque etiam aliæ explicantur, & cum iis, quæ hodie cum apud Christianos, tum apud alias gentes à Christiano nomine alienas in usu sunt, conferuntur: multa Grammatica, Physica, Medica, Ethica, Oeconomica, Politica, Philosophica denique atque Historica cognitu jucunda simul & utilia tractantur: plurima

ma sacrorum prophanorumque autorum veterum loca obscura illustrantur, corrupta emendantur: denique desperatus deploratusque nostrorum temporum luxus atque luxuria gravi censura damnatur. Tiguri, apud Christoph. Froschoverum, 1582, in fol.

IOANNIS GVINTHERII, *Andernaci*

Anatomicarum institutionum secundum Galeni sententiam, ad candidatos Medicinæ lib. IV. Basileæ, apud Balthaz. Lasium, & Thomam Platterum, 1536, in 8. apud Robertum Winter, 1539, in 4. Huic edit. accesserunt Theophili Protospatarii de Corporis humani fabrica, Libri V. *Iunio Paulo Crasso* interprete. Item Hippocratis Coi de Medicamentis purgatoriis libellus, nunquam ante nostra tempora in lucem editus, eodem *Iun. Paulo Crasso* interprete. Apud eundem, 1556, in 8. adjecto huic Opusculo Georgii Vallæ de Partibus humani corporis. Venetiis, 1555, in 16. ab *Andr. Vesalio* recogniti.

De Victus, & medendi ratione, tum alio, tum pestilentiæ maxime tempore observanda. Argentorati, apud Wendelium, 1542, in 8. Basileæ, apud hæredes Cratandri, 1549, in 8. cum Marsilii Ficini de Vita lib. III. Parisiis, apud Iacobum du Puys, 1577, in 16. cum Thesauro Sanitatis Ioannis Liebaultii.

De Pestilentia Commentarius in quatuor dialogos distinctus. Argentinæ, apud Christ. Mylium, 1565, in 8.

Gynæciorum commentariolus de Gravidarum, Parturientium, Puerperarum, & Infantium cura. Ex bibliotheca Schenckiana emissus à *Ioanne Georgio Schenckio F.* Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1606, in 8.

De Medicina veteri, & nova tum cognoscenda, tum faciunda, Commentarii duo. Basileæ, apud Henr. Petri, 1571, in fol. 2 voll.

IOANNIS HARTMANNI BEYERI, *Francofurtensis*

Praxis Chiamiatrica: à *Ioa. Michaelis, & Georgio Everhardo Ant. Fil.* edita. Lipsiæ, apud Gotofr. Grossium, 1633, in 4. Francof. apud Gaspar. Rotelium, 1634, in 8. Huic editioni adjectus est propter affinitatem materiæ, Tractatus novus de Oleis variis chimice destillatis.

Diatribe de usu medico Microcosmi, i. e. Disquisitio, quomodo & qualia è corpore humano vivente, ejusque manente integritate, medicamenta in usum medicum transferri queunt, antehac in Academia Marpurgensi dictata, nunc vero evulgata à *Zacharia Brendelin.* Erfurti, apud Ioan. Reiffenbergerum, 1635, in fol.

De Lactis, ejusque partium natura, & viribus, Disputatio. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbachium, 1586, in 4.

De Morbis formæ, & totius substantiæ, Disputatio. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbachium, 1586, in 4.

Disputationes Chymico-Medicæ, sub ejus præsidio ab aliquot Medicinæ Candidatis & studiosis publicæ censuræ expositæ. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1611, in 4. Secunda deinde editio aliquot disputationibus auctior, Ibidem, 1614, in 4. Cui quoque accessit Philosophus, seu Naturæ-Consultus Medicus.

Philosophus, sive Naturæ-Consultus Medicus: Oratione publica initio Professionis suæ ab Autore factus & productus IV Kal. Aprilis, MDCIX. Accessit Programma publicum ad Philosophiæ, & veræ Medicinæ studiosos, futuræ Professionis Chymiatricæ consilia & rationes indigetans. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1609, in 8.

Epistolæ variæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS HASFVRTI, *Virdungi*

Nova Medicinæ methodus, ex mathematica ratione curandi morbos. Ettelingæ, apud Valentinum Kobian, 1532, in 4. Hagenoæ, 1533, in 4. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1584, in 4. Huic *I. Paulus Gallutius* argumenta & explicationem inscripsit.

IOANNIS HASLERI, *Bernensis*

De Logistica Medica (hoc est de Morborum, & Medicaminum qualitatum gradus, purgantiumque doses atque proprietates investigandi ratione apodictica) Problematis novem absoluta, liber unus. Augustæ, apud Valentinum Schonigh, 1578, in 4.

IOANNIS HAWKINS, *Angli*

Discursus de Melancholia hypochondriaca potissimum. Ex occasione Affectus cujusdam illustris Heroinæ habitus. Heidelbergæ, apud Wilh. Fitzerum, 1633, in 4.

IOANNIS HEBERLING, *Gammundiensis*

Lectio declarativa super Epidemię morbo. Dolę, 1492, in 4.

IOANNIS HECKII

Disputatio de Peste, & quare præcipue grassetur tot annis in Belgio. Daventriæ, apud Ioannem Cloppenburch, 1605, in 4.

IOANNIS HEINSTII

Epistolæ variæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi, Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS HENNEMANNI REYSINGH

Idæa loimodes, in qua salubres oppido, ac certissimæ in præsentissima luis pestiferæ contagie præservandi, curandique rationes ac media succincte luculenterque suggeruntur. Francof. apud Anton. Hummium, 1615, in 4.

IOANNIS HENRICI ALSTEDII

Nomenclator Medicinæ. Extat Encyclopædiæ libro V, cap. XXXV. Herbornæ Nassoviorum, 1630, in fol. 2 voll.

Ency-

Enclyclopædiæ liber ſeptimus & vigeſimus, exhibens Medicinam tribus ſectionibus. Prima, ex mente Hippocratis & Galeni. Secunda, ex mente Chymicorum. Tertia, in qua delineatur Medicina Specialis. Addita eſt Medicina practica recens & nova, continens omnes totius humani corporis morbos, per alphabeticum ordinem collectos: quibus καθ' ἕκαστον ſunt addita medicamenta omnia compoſita τὰ δὐπορίστα, & quæ ubique locorum hodie in Pharmacopœis ſeu Apothecis ſemper extant parata: nunc denuo emendatior edita & auctior. Cum certa compoſitorum doſi ſub finem appenſa, autore Martino Rulando Friſingenſi. Extant ibidem vol. ſecundo.

Georgica. Phyturgica. Bucolica. Artopoëtica. Oenoëtica. Zytheptica. Pharmacopoëtica. Chirurgica. Metallurgica. Extant ejuſdem Encyclopediæ libro XXIX.

De hiſtoria medica cap. IX, lib. XXXII Encyclopediæ. Ibid.

Gymnaſtica. Extat ibidem lib. XXXV, ſect. XXXII.

Tabacologia. Extat ejuſdem libri ſect. XXXIII.

IOANNIS HENRICI FREYTAG

Catalogi teſtium Veritatis Chymiatricæ, Prodromus, hoc eſt, obſervationum, ſeu curationum, medico-chyrurgicarum ad methodum chymicam inſtitutarum, Centurima prima. Quedlinburgi, apud Ottonem Chriſtophorum Salfeldt, 1635, in 4.

IOANNIS HENRICI FROLICHII, *Baſilienſis*

De Convulſionum Cognitione & Propulſione Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

IOANNIS HENRICI MEIBOMII, *Helmæſtadienſis*

De Phthiſi Diſputatio. Extat Decade II Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1619, in 4.

IOANNIS HENRICI RYHINERI, *Baſilienſis*

De Arthritide Diſputatio. Extat Decade III Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

IOANNIS HERMANNI

Oratio de Medicinæ uſu. Item de rerum Sympathia, & Antipathia. Extat tomo IV Orationum Philippi Melanthonis, pag. 708.

IOANNIS HESSI, *Norimbergenſis*

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum. Qua proponuntur quæſtiones aliquot ſimplicium medicamentorum, nempe Cardamomi, Gelſomini, Succini, Salſæparillæ, Glycyrrhizæ, Hyoſcyami albi, Aluminis, Haloſanthi, Lapidis Merochti, & aliorum quorundam. Extat lib. III, Epiſtol. Matth. pag. 323.

IOANNIS HEVRNII, *Vltrajectini*

Inſtitutiones Medicinæ. Acceſſit Modus ratioque ſtudendi eorum, qui Medicinæ operam dicarunt. Lugduni Batav. apud

Raphelengium, 1592, in 8. 1609, in 12. Hanoviæ, apud Guilielmum Antonium, 1595, in 8.

Praxis Medicinæ nova ratio: qua libris tribus methodi ad praxin medicam aditus facilimus aperitur ad omnes morbos curandos. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1587, 1590, in 4.

De Morbis qui in singulis partibus humani Capitis insidere consueverunt. Hic artificiosa methodo, & incredibili facilitate, morborum Ideæ, Causæ, & cujusque causæ morbificæ, partisque ægræ Signa, Prognoses, & Curatio Rationalis & Empirica graphice depinguntur. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1594, in 4.

De Morbis Oculorum, Aurium, Nasi, Dentium, & Oris, Liber, editus post mortem Autoris, ab ejus filio *Otthone Heurnio*. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1602, in 4.

De Morbis Pectoris, Liber, editus post mortem auctoris ab ejus filio *Othone Heurnio*. Lugd. Batavor. apud Raphelengium, 1602, in 4.

De Morbis Ventriculi, Liber. Responsum ad Nobiliss. & Ampliss. Præsidem, Ioannem Banchemium, & Consiliarios supremæ Curiæ Hollandiæ, Zelandiæ, & Westfrisiæ, Nullum esse aquæ innatationem Lamiarum indicium. Oratio de Medicinæ origine, Æsculapidum, ac Hippocratis stirpe & scriptis. Edidit post mortem auctoris ejus filius *Ottho Heurnius Vltrajectinus*. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1608, in 4.

De gravissimis Morbis mulierum, liber; de Humana fœlicitate, liber; & de Morbis novis & mirandis Epistola. Edidit post mortem auctoris ejus filius *Ottho Heurnius Vltrajectinus*. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1607, in 4.

De Febribus, liber. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1598, in 4.

De Peste, liber. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1600, in 4.

In Hippocratis Coi de Hominis natura libros duos, Commentarius. Edidit post mortem Autoris ejus filius *Ottho Heurnius*. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1609, in 4.

In Hippocratis Coi de Victus ratione in morbis acutis librum primum & secundum, Commentarius. Edidit *Ottho Heurnius*: Lugd. Batav. apud Raphel. 1609, in 4.

In Hippocratis Coi de Victus ratione in morbis acutis librum tertium & quartum, Commentarius. Edidit *Ottho Heurnius*. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1609, in 4.

Hippocratis Coi Aphorismi Græce & Latine, Brevi Enarratione, fidaque Interpretatione ita illustrati, ut ab omnibus facile intelligi possint; cum historiis, observationibus, cautionibus, & remediis selectis. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1609, in 4.

Hippocratis Coi Prolegomena, & Prognosticorum libri tres: Cum Paraphrastica versione, & brevibus Commentariis. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1597, in 4.

Elenchus

Elenchus Tractatuum, qui hoc volumine continentur.

Iusjurandum.
De Medico.
Lex.
De Arte.
De Veteri Medicina.
De Elegantia.
Præceptiones.
De Carnibus, sive Principiis.
De Purgatoriis remediis.

} Hi libri sub titulo Prolegomenon comprehenduntur.

Prognosticorum liber primus.
secundus.
tertius.

IOANNIS HIERONYMI BRONZERII

De Innato calido, & Naturali spiritu disputatio. In qua pro rei veritate Galeni doctrina passim explicatur, defenditur. Patavii, apud Petrum Paulum Tozzium, 1626, in 4.

De Principio effectivo Semini insito disputatio. In qua complura attinentia ad Seminis Corpulentiam, Spiritus, Calidum innatum, Animationem, nec non ad Animæ materialis naturam & facultates discutiuntur & enodantur, passimque Galeni roboratur Physiologia. Venetiis, apud Paulum Frambottum, 1627, in 4.

IOANNIS HIERONYMI PVLVERINI

De curandis, juxta hodiernum usum, singulis humani corporis morbis, opus; sive Praxis accurata, brevi, dilucida & absoluta Methodo explicata ac tradita. Venetiis, apud Iac. Anton. Somaschum, 1605, in 4.

IOANNIS HORNVNGI, *Rotenburgo-Tuberani*

Cista medica, in qua Epistolæ Clariss. Germaniæ Medicorum, familiares, & in re Medica, tam quoad Hermetica & Chymica, quam etiam Galenica principia, lectu jucundæ & utiles, cum diu reconditis experimentis asservantur. Potissimum ex posthuma Clariss. Doct. Sigismundi Schnitzeri Vlmensis p.m. Bibliotheca publico Medicorum bono communicatæ, & fideliter, non necessariis omissis, ad prælum elaboratæ. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Vulneribus Capitis, & Omenti tumore Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 487.

IOANNIS HVCHERI, *Bellovaci*

De Prognosi medica libri duo. Lugduni, apud Anton. de Harsy, 1602, in 8.

De Sterilitate utriusque sexus, opus in quatuor libros distributum, & nunc primum in lucem editum: cui annexus est liber de Diæta & Therapeia Puerorum. Coloniæ Allobr. apud Samuelem Crispinum, 1610, in 8.

De Febrium differentiis, causis, signisque, & curatione libri quatuor. Lugduni, apud Anton. de Harsy, 1601, in 8.

Oratio habita in promotionis & actus fine, An cibi magis coctiles, sint quoque magis salubres? Extat pag. 276 Laureæ Apollineæ Monspeliensis Andreæ Kragii.

Oratio pro Philosophica Monspeliensis Academiæ libertate, ad ejusdem Principes, Doctores, Medicos, habita x Cal. Martii, anno MDLXVII. Extat tomo I Operum Laur. Iouberti editorum Lugdnni, apud Stephanum Michaelem, 1582, in fol.

Theses Medicæ triduum disputandæ in Gymnasio Regio Medicorum Monspeliensium propositæ. Extant eodem tomo Operum Iouberti, editionis ejusdem.

IOANNIS HVLDERICHI STREITTER, *Spirensis*

De gravissimo Cerebri affectu Epilepsia, Disputatio. Giessæ, apud Caspar. Chemlinum, 1617, in 4.

De Vteri inflatione & hydrope Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. Singular. lib. IV posterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

IOANNIS IACOBI à BRVNN

Systema materiæ medicæ, continens medicamentorum universalium & particularium (simplicium, ac compositorum) seriem ac sylvam, methodo medendi, ac formulis remediorum præscribendis accommodatam. Basileæ, apud Ioa. Iac. Genathium, 1630, in 8.

IOANNIS IACOBI CHIFFLETII

Singulares tam ex curationibus, quam cadaverum sectionibus, Observationes. Parisiis, apud Ioa. Richer, 1612, in 8.

Dædalmatum libri duo priores. Parisiis, apud Ioa. Richer, 1611, in 8.

Acia Cornelii Celsi propriæ significationi restituta: Alphonsus Nunnez Regius Archiater defensus. Antverpiæ, apud Balthaz. Moretum, 1633, in 4.

IOANNIS IACOBI CRAFTII

De Lumbricis Epistola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 273.

De Peste aliisque morbis acutis extinctis non protinus inhumandos esse historiis quinque ostensa observatio. Extat ibidem pag. 397.

Observatio de excretione menstruorum per os. Extat cum ejusdem Observationum Cent. III. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 59.

IOANNIS IACOBI FEDERER

Brevis & compendiosa Febris Vngaricæ curandæ, cognoscendæ, & ab aliis febribus discernendæ Methodus. Friburgi Brisgojæ, 1624, in 8.

IOAN-

IOANNIS IACOBI FRISII, *Tigurini*

De regimine iter agentium Disputatio. Extat Decade I Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iacob. Genathius, 1618, in 4.

IOANNIS IACOBI GENATHII

Decas prima Disputationum medicarum select. nobilissimas & utilissimas materias continentium;in gratiam plurimarum artis Asclepiadeæ studiosorum, oretenus & scriptis tale quid sæpissime desiderantium, nunc de novo recusarum Basileæ, ex propria typographia, 1618, in 4.

Decas secunda Disputationum medicarum select. &c. Ibidem, 1619, in 4.

Decas tertia Disputationum medicarum select. &c. Ibidem, 1620, in 4.

Decas quarta Disputationum medicarum select. &c. Ibidem, 1620, in 4.

Decas quinta Disputationum medicarum select. &c. Ibidem, 1621, in 4.

Decas sexta Disputationum medicarum select. &c. Ibidem, 1622, in 4.

Decas septima Disputationum medicarum select. &c. Ibidem, 1631, in 4.

IOANNIS IACOBI HVGGELII

De Semeioticæ Medicinæ parte tractatus. Basileæ, 1560, in fol.

IOANNIS IACOBI MANLII de BOSCO, *Alexandrini*

Luminare majus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, apud Hieron. Scotum, 1556, in fol. Additis Nicolai Mutoni Appendicibus, quibus multorum excellentissimorum doctorum medicinas inseruit.

IOANNIS IACOBI MANNI

De Malleolorum sacrificatione, ex veterum sententia, liber. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

IOANNIS IACOBI SATTLER

De usu Setacei in præservatione Apoplexiæ, Epistola. Extat cum Greg. Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV posterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

IOANNIS IACOBI SWEIGKHARDI, *à Freihausen*

Ars magnesia, hoc est, disquisitio bipartita empirica seu experimentalis, Physico-Mathematica de natura, viribus, & prodigiis effectibus magnetis, cum theorematice, tum problematice proposita, novaque methodo, ac apodictica, seu demonstrativa tradita, variisque usibus, ac diuturna experientia comprobata. Herbipoli, apud Eliam Mich. Zinck, 1631, in 4.

IOANNIS IACOBI WECKERI, *Basiliensis*

Medicæ Syntaxes, Medicinam universam ordine pulcherrimo complectentes, ex selectioribus Medicis, tam Græcis, quam Latinis, & Arabibus collectæ. Basileæ, apud Nicol. Episcopium, 1562, 1581, in fol. apud Sebast. Henric-Petri, 1601, in fol.

Antidotarium Generale. Basileæ, apud Eusebium Episcopium, 1586, in 4.

Antidotarium Speciale, ex optimorum auctorum tam veterum, quam recentiorum scriptis fideliter congestum, & methodice digestum. Basileæ, apud Euseb. Episcopium, 1588, in fol.

Antidotarium geminum, Generale & Speciale: ex optimis Autorum tam veterum, quam recentiorum scriptis fideliter congestum, & tandem methodice, supra priores editiones, uberrime auctum, conjunctim editum, & exornatum. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1595, in 4.

De Secretis libri XVII, ex variis auctoribus collecti, methodiceque digesti. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1582, 1587, in 8. apud Ludov. Konig, 1629, in 8.

Practica Medicinæ generalis. Basileæ, apud Hier. Frobenium, 1585, in 16. Bononiæ, 1597, in 16.

IOANNIS IESSENII à IESSEN

Anatomiæ, Pragæ, Anno MDC, abs se solenniter administratæ historia. Accessit ejusdem de Ossibus tractatus. Witebergæ, apud Laur. Seuberlich, 1601, in 8.

Institutiones Chirurgicæ, quibus universa manu medendi ratio ostenditur. Witebergæ, apud Laur. Seuberlich, 1601, in 8.

Adversus Pestem consilium. Cum ejusdem de Mithridatio & Theriaca disputatione. His annexi Iani Matthæi Durastantis de Aceto scillino atque Aloe medicamentis valetudini tuendæ, vitæ prorogandæ singularibus, tractatus duo. Nec non Nicolai Curtii libellus utilissimus de Medicamentis lenientibus, præparantibus, & purgantibus. Giessæ, apud Casp. Chemlinum, 1614, in 12.

De sanguine vena secta demisso, judicium. Francof. apud Gotofr. Tampach, 1618, in 4.

IOANNIS de INDAGINE

Introductiones Apotelesmaticæ elegantes in Chiromantiam, Physiognomiam, Astrologiam naturalem, complexiones hominum & naturas Planetarum, cum periaxiomatibus de signis faciei, & canonibus ægritudinum, nusquam fere simili tractatæ compendio. Lugduni, apud Ioan. Tornæsium, 1556, in 8. Argentorati, apud Ioan. Schottum, 1534, 1541, in fol.

IOANNIS INGOLSTETTERI, *Noribergensis*

De aureo dente Silesii pueri Responsio: qua demonstratur neque dentem, neque ejus generationem esse naturalem. Lipsiæ, apud Abrah. Lamberg, 1596, in 8.

De

De natura occultorum & prodigiosorum dissertatio ad Iacobum Horstium, qua respondetur ipsius libello de aureo, qui putabatur, dente. Lipsiæ, apud Abrah. Lamberg, 1598, in 8.

Epistolæ variæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergę, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 8.

IOANNIS IOANNII, *Patavini*

De Vtilitate pilularum Aloeticarum V. C. Hieronymi ab Aquapendente Equ. D. Marci liber. Quarum Pilularum occasione omnia fere antiqua, tum recentissima Lenientia, & ipsorum incommoda attinguntur. Patavii, apud Nicol. Albanesium, 1630, in 8.

IOANNIS IONSTONI

Thaumatographia naturalis, in Classes decem divisa: in quibus admiranda Cœli, Elementorum, Meteororum, Fossilium, Plantarum, Avium, Quadrupedum, Exanguium, Piscium, Hominis. Amstelredami, apud Ioan. Ianssonium, 1633, in 12.

IOANNIS IORDANI

Epistola ad Petr. Andr. Matthiolum, qua rationem Helleborismi parandi ad Quartanam doceri petit. Exhibetur lib. III Epistol. Matth. pag. 414.

IOANNIS IOVIANI PONTANI

De fontibus & fluminibus ex libro suo meteororum carmina, extant Operis Veneti de Balneis pag. 217.

Horti Hesperidum libri duo. Quibus agitur de Citrio fructu & arbore. Extat parte I Operum ejus poeticorum. Basileæ, apud Cratandrum, 1538, in 8.

IOANNIS ISAACI, *Hollandi*

Opera Mineralia, sive de Lapide Philosophico, omnia, duobus libris comprehensa. Middelburgi, apud Richardum Schilders, 1600, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

De tribus ordinibus Elixiris: & Lapidis Theoria. Extat cum Bernardi Penoti Denario Medico. Bernæ, apud Ioan. le Preux, 1608, in 8.

IOANNIS ITRENSIS

De Peste ex epidemia, deque præservatione & curatione ipsius tractatus. in 8.

IOANNIS IVSTI, *Lipsiensis*

De Indicatione Disputatio. Extat Decade II Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1619, in 4.

IOANNIS IVVENIS

Galeni de Theriaca ad Pisonem libelli interpretatio, & commentario illustratio. Accessit Epistola complectens medicamenta Bezoartica, quorum usus à Peste præservat. Antverpiæ, apud Ioa. Bellerum, 1585, in 16. cum Ægidii Everarti de Herba Panacæa commentariolo.

IOAN-

IOANNIS KATSCHII, *Hallensis*

De gubernanda Sanitate, secundum sex res non naturales, ex Hippocratis & Galeni libris placita quædam desumta. Lipsiæ, apud Michaelem Blum, 1549, in 8. Francof. apud hæredes Christoph. Egenolphi, 1557, in 8. apud Ioan. Saurium, 1612, in 12. cum Medicina Salernitana.

IOANNIS KEMPFII

Epistola de Acidulis Swalbacensibus. Extat cum Responsis Medicis variorum, quę edidit Helvicus Dietericus. Francof. apud Matthæum Merianum, 1613, in 4, pag. 33.

IOANNIS KENTMANNI, *Dresdensis*

Nomenclaturæ rerum fossilium, quæ in Misnia præcipue, & in aliis quoque regionibus inveniuntur: præterea Calculorum, qui in corpore ac membris hominum innascuntur, genera duodecim depicta descriptaque cum historiis. Extant opere De Fossilibus à *Conr. Gesnero* collecto, editoque.

IOANNIS de KETAM, *Alamani*

Fasciculus Medicinæ. Tractans de Iudiciis urinarum, cum suis accidentiis. De Phlebotomia. Problemata de membris generationis, de matrice, & testiculis, seu de secretis mulierum. De Chirurgia. De ægritudinibus particularibus. De Peste Consilium Petri de Tussignano. Anatomiam Mundini. Rasis de ægritudinibus puerorum. Venetiis, apud Ioan. & Greg. de Gregoriis ffr. 1495, 1500, in fol. apud Cæsarem Arrivabenum, 1522, in fol. Huic accedunt, Anatomia Achillini, & liber de Venenis omnium mineralium. Cætera quoque emendatiora sunt.

IOANNIS KEUFNERI TROCHOREI, *Halensis*

Pharmacopoliterion, saluberrima synthetorum pharmacorum in officinis medicamentariis passim promercalium symmicta, ad medibiles quoscunque morbos curandos apprime conducibilia promens. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1542, in 8.

Tabella curativa adversus pestilentem Cephalæam, locis pluribus exitialiter grassantem. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1543, in 8.

De Peste libellus, & antiquissimis Medicis excerptus. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1544, in 8.

Scholia in Practicam medicinalem Leonelli Faventini de Victoriis. Extat cum eadem Lugduni, apud Anton. de Harsy, 1574, in 12.

IOANNIS KHEUNII, *Breidbachii*

Zodiaci Medici, hoc est Materiæ medicæ tomus unus. Coloniæ, apud Gerardum Grevenbruch, 1587, in 8.

IOANNIS KLOPFINGERI, *Suevi-Halensis*

De Colica passione, ejusque symptomate illustriori, Paresi Disputatio. Extat Decade 1 Disput. quas collegit & edidit. Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1618, in 4.

IOAN-

IOANNIS KOLNERI, *Colbergensis*

Tractatus Iatro-Mathematicus ex Thematis cœli ad horam decubitus erectione, morbi alicujus naturam, mutationem, crisin, eventum, &c. per conjecturas Astrologicas in genere & in specie prænuntians. Cum Appendice de Purgationis & Phlebotomiæ secundum influentiam astrorum recta administratione. Gryphiswaldii, apud Ioh. Albinum, 1618, in 8.

IOANNIS de LAET, *Antverpiani*

Novus orbis, seu Descriptionis Indiæ Occidentalis libri XVIII, Novis Tabulis Geographicis & variis Animantium, Plantarum, Fructuumque Iconibus illustrati. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1633, in fol.

IOANNIS LALAMANTII, *Hedui*

Claudii Galeni Pergameni de Diebus decretoriis libri tres. Recens Latini facti, & commentariis illustrati, quibus mensium Lunarium Solariumque, anni item Ægyptiaci, Arabici, Persici, Hebræi, Attici, nec non etiam & Romani ratio ita ponitur ob oculos, ut jam demum, & de mora partus in utero, & de mensium Græcorum, exterarumque & principum nationum cum Latinis collatione certi quid & haberi possit, & statui. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1559, in 4.

Hippocratis de Hominis ætate, ex extremo fine libri de Carnibus: de Septimestri item, & Octrimestri Partu, libelli latini facti, & Scholiis adornati. Genevæ, apud Samuelem Crispinum, 1571, in 8.

De Ptisana sui temporis libellus: additus est ad Cl. Galeni Pergameni. I, De optima corporis nostri constitutione. II, De pleniore habitu. III, De inæquali intemperie. IV, Quomodo simulantes morbum sint deprehendendi. V, De Ptisana, opuscula; à se emendata infinitis locis, versione Latina, & ad hæc litera Græcâ ad librorum calcem restituta. Heduæ, 1578, in 8.

IOANNIS LAMANDI, *Aucelonensis*

De Natura amoris & Amantium amentium Cura, Disputatio. Extat Decade IV Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

IOANNIS de LAMONIERE, *Lugdunensis*

Observatio fluxus dysenterici Lugduni Gallorum populariter grassantis anno D. 1625, & remediorum illi utilium: in qua præcipuæ circa Dysenteriæ naturam, & Curationem difficultates ab Authoribus omissæ, vel brevius propositæ dissolvuntur. Lugduni, apud Barthol. Vincentium, 1626, in 16. Amstelodami, apud Ioan. Iansonium, 1629, in 12.

IOANNIS LANGII, *Lembergii*

Medicinalium Epistolarum miscellanea, varia ac rara cum eruditione, tum rerum scitu dignissimarum explicatione referta. Basileæ, apud Ioa. Oporinum, 1554, in 4. Continentur Epist. 83.

Francof.

Francof. apud Wechelum, 1589, in 4. Continentur Epist. 156. una cum Medico de republica Symposio: & undecim Theorematis chirurgicis. Hanoviæ, apud Wecheli hæredes, 1605, in fol. Volumen Epist. tripartitum, dimidia seu parte auctum.

De Syrmaismo, & ratione purgandi per vomitum, ex Ægyptiorum invento & formula. Extat cum Dioclis Carystii Epistola de Morborum præsagiis, &c. Lutetiæ, apud Morellum, 1572, in 8.

IOANNIS de LASNIORO, *Bohemi*

Tractatus de Lapide Philosophico. Extat cum Anonymi tractatu de secretiss. antiquorum philosophorum arcano. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1610, in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

IOANNIS LEPORINI, *Kindelbruccensis*

Ex catarrho ad pulmones tabis setacei beneficio curati historia, & de suffusione oculorum epistola, extat Cent. 1 Epist. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 394.

De Suppressione mensium Disputatio. Extat Decade v Disputationum, quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1621, in 4.

IOANNIS LIEBAVLTII, *Divionensis*

Thesaurus Sanitatis paratu facilis. Selectus ex variis authoribus. Parisiis, apud Iacobum du Puys, 1577, in 16.

De præcavendis, curandisque venenis, Commentarius. Extat cum eodem Thesauro sanitatis à se edito, pag. 298.

IOANNIS LONÆI BOSCII

De Peste liber. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1562, in 4.

Oratio de Optimo Medico, & Medicinæ auctoribus. Extat tomo 1 Orationum Ingolstadiensium.

Concordia Medicorum & Philosophorum de Humano conceptu, atque fœtus corporatura, incremento, animatione, mora in utero ac nativitate: præterea de Centauris, Satyris, atque monstris reliquis, & Dæmonum concubitu, thesibus centum viginti una comprehensa: respondente *Andrea Helepyro Monachiensi*. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1576, in 4. apud Wolfgangum Ederum, 1583, in 4.

IOANNIS LONICERI, *Germani*

In Dioscoridæ Anazarbæi de re medica libros à Marcello Virgilio versos Scholia nova. Marpurgi, apud Christoph. Egenolphum, 1543, in fol.

Nicandri Theriaca & Alexipharmaca cum Scholiis & interpretatione Latina. Coloniæ, apud Ioa. Soterem, 1531, in 4.

Erotemata in Galeni de Vsu partium in Hominis corpore lib.

lib. XVII. Francof. apud Egenolphum, 1550, in 8. addito de Meteoris Compendio.

IOANNIS LVDOVICI BERTALDI

Scholia in Dispensatorium Ioan. Placotomi. Additis multis remediorum formulis ex Collegio tum Norimbergensi, tum Augustano depromtis, &c. Taurini, apud Ioa. Franc. de Cavalleris, 1614, in 4.

Medicamentorum Apparatus, in quo remediorum omnium compositorum non usualium modo, sed præcipuorum etiam magistralium vires, durationes, doses, ac formulæ, cum universa utendi methodo disertissime enodantur. Taurini, apud F. F. de Cavaleriis, 1611, in 4.

Externorum medicamentorum apparatus. In qua remediorum omnium compositorum, quæ extrinsecus usurpantur, non usualium modo, sed præcipuorum etiam magistralium vires, durationes, doses, ac formulæ, cum universa utendi methodo, disertissime enodantur. Appositis ad calcem cujusque tractatus Collectaneis ex optimis quibusque authoribus tum veteribus, tum recentibus excerptis. Quibus pleraque alia ejusdem Autoris opuscula sunt adjecta. Taurini, apud Ioan. Franc. de Cavalleris, 1614, in 4.

Tractatus Confectionis de Hyacintho, & Confectionis Alchermes, cum Commentariis Autoris. Accesserunt de Electione simplicium medicamentorum Rhythmi M. Othonis Cremonensis, & Ioa. Derrames Cyprii. Additur præterea examen pharmaceuticum Tyronibus faciendum ex operibus dicti Bertaldi excerptum opera & studio *Gasparis Petrinæ* collecta. Taurini, apud ffr. de Cavalleris, 1619, in 4.

IOANNIS LVDOVICI GANSII

Corallorum historia, qua mirabilis eorum ortus, locus natalis, varia genera, præparationes chymicæ quamplurimæ, vires eximiæ, proponuntur. Francof. apud Lucam Iennisium, 1630, in 8.

IOANNIS LVDOVICI HAWENREVTERI

Oratio de Arte Medica, recitata in Academia Argentoratensi. Francof. apud Nicolaum Bassæum, 1586, in 8.

IOANNIS LVDOVICI MOCGLINGI

De inconsiderato Acidularum usu dissertatio Medica, opposita illis, qui illum omnibus indifferenter, & quidem etiam frigidum, magna item copia primo diluculo concedere non dubitant. Francof. apud Ioan. Bernerum, 1615, in 8.

IOANNIS LVPI

De medica materia ad tyrones liber. Hispali, apud Ioan. Santandrum, 1589, in fol.

IOANNIS LYGÆI

De Humani corporis Harmonia libri quatuor. Annotationibus & Scholiis in Physiologiæ studiosorum gratiam illustrati. Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, 1556, in 4. Hippo-

Hippocratis Aphorismi, & Guilielmi Plantii interpretatione, & Ioan. Lygæi Annotationibus illustrati. Parisiis, apud Ioan. Faucherium, 1551, in 16. Lugduni apud Carolum Pesnot, 1582, in 16. Genevæ, apud Iac. Stoer, 1590, in 16.

IOANNIS MACOLLONE

Iatria Chymica, exemplo therapeiæ Luis Venereæ illustrata. Londini, apud Ioannem Billium, 1622, in 8.

IOANNIS MAGIRI

Anthropologia, hoc est, Commentarius in aureum Philippi Melanchtonis libellum de Anima; completus & locupletatus opera *Georgii Causungeri*. Francof. apud Conrad. Nebenium, 1603, in 8.

IOANNIS MAJI, *Rombildani*

De Cachexia Disputatio. Extat Decade v Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1621, in 4.

IOANNIS MANARDI, *Ferrariensis*

Medicinales Epistolæ. Recentiorum errata, & antiquorum decreta penitissime reserantes. Epistola *Huberti Barlandi* ad Medicinæ, apud Lovanienses studiosam juventutem. Argentorati, apud Ioan. Schottum, 1529, in 8.

Epistolarum Medicinalium libri xx. Ejusdem in Ioan. Mesuæ Simplicia & composita Annotationes & Censuræ. Basileæ, apud Mich. Isingrinium, 1540, in fol. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1611, in fol. speciosiori titulo: ἰατρολογία ἐπιστολική, sive Curia medica viginti libris epistolarum ac Consultationum medicinalium adumbrata, nec non Annotationibus & censuris luculentissimis in Ioan. Mesuæ simplicia & composita, adornata, &c.

In primum Artis parvæ Galeni librum Commentarius. Basileæ, apud Bebelium, 1536, in 4.

IOANNIS MANELPHI, *Ertani Sabini*

De Febribus Theoria. Romæ, apud Andr. Phæum, 1625, in 4.

Responsio brevis ad Annotationes Prosperi Martiani Saxolensis in Commentationem Marsilii Cagnati Veronensis, super Aphorismo, Concocta XXII, lib. I Hippocratis. Romæ, apud Barthol. Zannettum, 1621, in 8.

Vrbanæ disputationes in primam Problematum Aristotelis sectionem. Romæ, apud Guliel. Facciottum, 1630, in 8.

IOANNIS MARCI MARCI

Idearum operatricium Idea, sive Hypotyposis & detectio illius occultæ Virtutis, quæ semina fœcundat, & ex iisdem corpora organica producit. Pragæ, apud Henningum Grofs, 1635, in 4.

IOANNIS MARINELLI, *Veneti*

Commentaria in Hippocratis Coi Medicorum omnium facile Principis Opera. In quibus morbi omnes, eorumque causæ, signa,

signa, ac curationes, quæ in libris Hippocratis dispersim scribuntur, una copulantur, atque tractantur. Deinde voces, ac loca in Hippocratis libris obscura, & difficilia ex Galeni sententia declarantur. Postea sententiæ plurimæ, quæ ab Hipp. dignitate ob translationes perperam factas alienæ videntur, antiquorum autoritate sunt correctæ. Præterea multa, quæ sæpe leguntur in ejusdem libris, quæ à seipsis alias dissentire videntur, ea conciliata sunt. Nova & argumenta in singulos libros per *Ioan. Culmannum Geppingensem* sunt addita. Venetiis, apud Ioan. Valgrisium, 1575, in fol. apud Hier. & Alex. Polum, 1619, in fol.

Hippocratis Aphorismi Nicolao Leoniceno interprete. Ioa. Marinelli in eosdem Commentarii VII, ex Hippocratis sententia comprobati. Venetiis, apud Valgrisium, 1583, in 16.

De Febribus ex Hippocrate liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 1.

De Peste, & Pestilenti contagio liber. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1577, in 4.

Scholia in Ioan. Arculani Practicam, extant cum eaipsa. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1560, in fol.

IOANNIS MARLIANI

Quæstio de Caliditate corporum humanorum tempore hyemis, & æstatis, & de Antiperistasi. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1501, in fol.

IOANNIS MARQVARDI, *Viennensis*

Practica Theorica Empirica morborum interiorum à capite ad calcem. Spiræ, apud Albinum, 1583, 1592, in 8. Heidelbergæ, apud Commelinum, 1607, in 8. cum Capivaccii & Lucæ Ghini libellis de Lue venerea. Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1610, in 8.

Apologia pro Therapeutica D. Ioannis Marquardi Viennensis sanctiss. memoriæ: una cum smegmate abstergendis maculis accommodato, quas superioris proximi anni editio huic commentario inussit. Spiræ, apud Albinum, 1590, in 8.

IOANNIS MATTENBVRGII

Tractatus exiguus & perquam utilis de Hydrope, ejusque speciebus omnibus, tum de earundem curatione integra & perfecta. Lemgoviæ, apud Conr. Grothenium, 1583, in 8.

IOANNIS MATTHÆI

Centuria difficultatum medicarum tam jucundarum quam utilium, ex veterum & recentiorum Medicorum libris erutarum, in quæstiones redactarum, & more scholastico breviter discussarum. Herbornæ Nassov. apud Christoph. Corvinum, 1616, in 8.

Speculum Sanitatis: Rerum non-naturalium, quas vocant, administrationem pro bona valetudine conservanda continens. In quo veterati nonnulli errores demonstrantur, omniaque certis rationibus, historiis & exemplis confirmantur. Accessit Hortulus

medicus, ſimplicium medicamentorum qualitates ad certos gradus redactas, breviter & methodice exhibens. Cum annexo Examine, in quo ſimplicium quorundam vires & facultates ſecundum Medicinæ fundamenta traduntur, exploſis abſurditatibus, contradictionibus, & ſuperſtitionibus paſſim in Herbariis occurrentibus. Ibidem, 1620, in 8.

IOANNIS MATTHÆI, *Heſſi*

Rationalis & Empirica Thermarum Marchicarum Badenſium deſcriptio. Hanoviæ, apud Halbejum, 1608, in 8.

Conſilia medica diverſorum Auctorum pro Erneſto Friderico Marchione Badenſe conſcripta. Francof. apud Palthenium, 1608, in 8.

IOANNIS MATTHÆI de GRADI, *Ferrarienſis*

Practicæ pars prima & ſecunda, vel Commentarius textualis, cum ampliationibus & additionibus materierum in nonum Rhazis ad Almanſorem, adjuncto etiam textu. Papiæ, apud Aloyſium Comenſem, & Barthol. de Trottis, 1497, in fol. Lugduni, apud Ioan. Moulin, 1527, in 4. Venetiis, apud Iuntas, 1560, in fol. hoc titulo:

Practica ſeu Commentaria in Nonum Raſis ad Almanſorem Ioannis Matthæi Gradii Mediolanenſis, in quibus morborum omnium, qui unamquamque humani corporis partem invadunt, natura, ſigna, cauſæ, curationeſque luculentiſſime explicantur. Antonii Gradii Medici de Febribus aureum opuſculum. *Iano Matthæo Duraſtante Medico* cenſore.

Expoſitiones ſuper vigeſimamſecundam Fen tertiæ Canonis Avicennæ. Mediolani, apud Iacobum de S. Nazario, 1494, in fol.

Conſiliorum ſecundum vias Avicennæ ordinatorum utile repertorium, additis antiquiſſimi Medici Rabbi Moyſis de Regimine vitæ quinque tractatibus; nec non Raymundi Lullii de ſecretis naturæ libris duobus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1514, in fol.

IOANNIS de MEDIOLANO

Schola Salernitana, hoc eſt, de Valetudine tuenda, opus, nova methodo inſtructum, infinitis verſibus auctum, Commentariis Villanovani, Curionis, Crellii, & Conſtanſoni illuſtratum. Adjectæ ſunt Animadverſiones novæ & copioſæ *Renati Moreau Pariſienſis*. Pariſiis, apud Thomam Blaſium, 1625, in 8. Francof. apud Ioan. Saurium, 1612, in 12. Cum Villanovani in ſingula capita exegeſi, & Ioh. Curionis recognitione. Accedentibus aliis aliquot opuſculis. Antverpiæ, apud Ioan. Withagium, 1562, in 16. cum iiſdem. Pariſiis, apud Hier. de Marnef, 1580, in 12. Francof. apud Chr. Egenolphum, 1551, 1568, in 8.

IOANNIS à MEHUNG

Demonſtratio Naturæ: quam errantibus Chymicis facit, dum de ſophiſtæ & ſtolido Spiratore carbonario conqueritur conſcripta.

conscripta. Extat cum Musæo Hermetico. Francof. apud Lucam Iennisium, 1625, in 4.

IOANNIS MERCKERI

De Acidulis Schwalbacensibus Epistola. Extat cum Responsis Medicis quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 68.

IOANNIS MESVÆ, *Damasceni*

Opera. De Medicamentorum purgantium delectu, castigatione, & usu, libri duo. Quorum priorem Canones universales, posteriorem de Simplicibus vocant. Grabadin, hoc est Compendii secretorum medicamentorum, libri duo. Quorum prior, Antidotarium; posterior de Appropriatis vulgo inscribitur. Cum *Mundini, Honesti, Manardi, & Sylvii* in tres priores libros observationibus, quæ vulgo cum his prodire consueverunt. His accessere Plantarum in libro Simplicium descriptarum imagines ex vivo expressæ. Atque item *Ioannis Costæi* Annotationes, tum quas in editione priori dedimus, tum præterea novæ aliæ in postremas novem Antidotarii sectiones, quæ hactenus desiderabantur.

Supplementum in secundum librum Compendii, secretorum Medicinæ Ioannis Mesues Medici celeberrimi. Tum Petri Apponi Patavini, tum Francisci de Pedemontium Medicorum illustrium. Quibus accessere & alia consueta opuscula, quæ tibi versa pagina indicabit. Quam diligentissime recognitum, & in margine locorum insignium Annotationibus quamplurimis decoratum: ac Galeni, Hippocratis, & aliorum insignium Doctorum auctoritatibus appositis, in studiosorum emolumentum denuo illustratum. Venetiis, apud Iuntas, 1589, 1623, in fol. apud Vincentium Valgrisium, 1575, in fol.

Catalogus eorum quæ in Supplementi volumine continentur:

Petri Apponi Patavini supplementum à membris nutritionis usque ad cor.

Francisci de Pede montium supplementum fere omnium, quæ Mesue proposuit.

Nicolai Præpositi Antidotarium parvum.

Platearii Expositio in eundem.

Ioannis de S. Amando Expositio, & dubitationes, earumque solutiones.

Gentilis Fulginatis de complexione, proportione, & dosi Medicinarum.

De substitutis Medicinis ex antiquis Auctoribus, i. quid pro quo.

Expositio quorundam nominum rerum ad rem Medicam facientium, id est, synonyma.

Liber Servitoris de præparatione medicinarum, id est, liber XXVIII Albuchasis.

Instructio Aromatariorum, atque Aromatariæ institutio Saladini Asculani.

De Virtutibus simplicium medicinarum, atque Ciborum Albengnefit.

Apulejus de Ponderibus & Mensuris.

De notis, seu signis, vel characteribus ponderum, & mensurarum incerti Autoris.

Alchindus de investigandis compositarũ medicinarum gradibus.

Cophonis libellus de Arte medendi.

Summula Iacobi de Partibus per ordinem Alphabeti singulorum remediorum singulis morbis conferentium.

De Balneis excerpta ex Canonibus universalibus, & ejus Expositoribus, extant pag. 423 Operis Veneti de Balneis.

De morbis internis curandis liber unus. Accessit Petri Apponi ad Mesuem ἀπολογητική, cum vocum Arabicarum in toto opere contentarum interpretatione, ab *Ioanne Ranerio Medico* adjecta. Omnia ad diversorum exemplarium fidem summa diligentia emendata. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1551, in 8.

IOANNIS MICHAELIS SAVONAROLÆ, *Patavini*

Practica de Ægritudinibus à capite usque ad pedes. Papiæ, apud Andr. de Bonetis, 1486, in fol. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. apud Iuntas, 1559, in fol. apud Vincent. Valgrisium, 1561, in fol. titulo Practicæ majoris. Accesserunt in hos libros partim emendationes, partim etiam brevia in singula capita argumenta.

Practica Canonica de Febribus. Ejusdem Summa de Pulsibus. De Vrinis. De Egestionibus. De Balneis omnibus Italiæ. Tractatus de Vermibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol. apud Iuntas, 1552, 1563, in fol. Addito Cæsaris Optati de Hectica febre opere absoluto. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1560, in 8. Huic editioni accessit de Hectica febre Cæsaris Optati opusculum; unaque Iacobi Sylvii de omni febrium genere Commentarius, & de eisdem Gulielmi Verignanei duo tractatus sanitati recuperandæ commodissimi.

De Balneis omnibus Italiæ, sicque totius orbis, proprietatibusque earum. Venetiis, apud Christoph. de Pensis, 1592, in 4. & in Opere Veneto de Balneis, pag. 1.

De arte conficiendi aquam vitæ simplicem & compositam, deque ejus admirabili virtute ad conservandam sanitatem, & ad diversas humani corporis ægritudines curandas, libellus. Hagenoæ, apud Valent. Kobian, 1532, in 8.

In Medicinam Practicam introductio, sive de Compositione Medicinarum liber. Item Catalogus, continens tam simplicium, quam compositorum medicamentorum Nomenclaturas, usum & summam. Argentinæ, apud Hier. Scottum, 1533, in 4. & apud Ioan. Albertum, 1533, in 24. cum Enchiridio Medico.

IOANNIS MOLANI

Ecclesiasticum Medicorum Diarium. Lovanii, apud Ioan. Masium, 1595, in 8.

IOAN-

IOANNIS MOLLERI, *Martisburgici*

De Peste tractatus. Islebii, apud Vrbanum Gubisium, 1585, in 4.

IOANNIS MOLPEI

Tabulæ quæ Hippocratis tres libros Prognosticorum complectuntur. Parisiis, apud Martinum Iuvenem, 1563, in 4.

IOANNIS MORISOTI, *Dolani*

Hippocratis Aphorismorum genuina lectio, ab eruditis omnibus mire desiderata. Eorundem fidelis interpretatio, cum Galeni censura in eos omneis, qui minus erant absoluti. His accesserunt Adnotationes in Corn. Celsum, ne tanti viri autoritas officeret iis, qui memoria essent Aphorismos complexuri. Trium Galeni de Diebus decretoriis librorum Epitome, quæ & una est ex illis Adnotationibus. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1547, in 8.

IOANNIS MVNSTERI, *Heilbronnensis*

Disputationum de Pædophlebotomia libri quinque. Quibus saluberrimum Galeni decretum de non mittendo pueris infra decimum quartum annum sanguine defenditur, pro Alex. Massaria, adversus Horatium Augenium. Tubingæ, apud Andr. Cellium, 1604, in 4.

Discussio eorum quæ ab Abrahamo Schopffio Aulæ Wirtembergicæ Medico, in Generalis suæ omnium præsidiorum Medicorum, Vniversalium & Topicorum, disquisitionis libri tertii Sectione quarta, cum de aliis quibusdam ad Purgandi negotium spectantibus theorematis, tum vero maxime de Purgatione principio morborum instituenda, contra magnum illud magni Hippocr. 1, Aphor. 22, oraculum scripta sunt. Quibus duæ accesserunt ejusdem argumenti appendices: una, contra Hier. Capovacceam; altera, contra Hier. Mercurialem. Francof. apud Ioan. Spiessium, 1603, in 8.

IOANNIS MYRICÆ

Paraphrasis in Aphorismos Hippocratis. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1556, in 8.

IOANNIS NÆVII, *Francofurtensis*

Medicamenta contra Pestem pro Republica Dresdensi. Extant in Fasciculo medicamentorum contra Pestem à Dan. Sennerto collecto, & cum libro suo de Febribus edito.

Consilia aliquot Medica extant eo in opere quod *Ioan. Philippus Brendelius* collegit & edidit Francof. apud Palthenium, 1615, in 4. & in eo libro, quem *Ioannes Wittichus* edidit Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4. & eo in opere quod *Laurentius Scholzius* edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IOANNIS NEANDRI, *Bremani*

Syntagma, in quo Medicinæ Artis antiquissimæ & nobilissimæ, cum laudes & Natalitia, Sectæ earumque Placita, tum Catacrypses

crypses ejus, ac Restauratores, & adhæc nostra usque tempora Propagatores, cum historiis eorum, Vitis, ac Scriptis in reverentiam, honorem, & dignitatem artis Asclepiadeæ graphice depinguntur. Addita est in calce de Medicina Hermetica & Paracelsica elegans dissertatio. Bremæ, apud Ioa. Wesselium, 1623, in 4.

Tabacologia: hoc est, Tabaci, seu Nicotianæ descriptio Medico-Cheirurgico-Pharmaceutica: vel ejus præparatio & usus in omnibus corporis humani incommodis: una cum variis Tabacum adulterandi rationibus, & accurata signorum, quibus ejus bonitas dignosci potest, annotatione. Lugd. Bat. apud Isaacum Elzevirium, 1622, in 4.

Sassafrasologia, hoc est, Tecmarsis nobile Sassafras lignum dextre ac feliciter in omnibus ferme humani corporis incommodis in usum ducendi. Bremæ, apud Ioan. Wesselium, 1627, in 4.

IOANNIS NICOLAI, *Parisiensis*

Vniversæ Medicinæ Compendium. Basileæ, apud Ludov. Konig, 1601, in 8.

IOANNIS NICOLAI FVRICHII, *Argentoratensis*

Chryseidos libri quatuor. Sive poëma de Lapide Philosophorum. Adjunctis poëmatibus nonnullis aliis. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1631, in 4.

IOANNIS NICOLAI ROGERII, *Salernitani*

Quæsitum difficilimum accurate explicatum de Sede animæ, membrorumque principatu, ex Galeni, Hippocratisque placitis, adversus Philosophos editum. Neapoli, apud Iosephum Caclum, 1574, in 4.

IOANNIS NICOLAI ROGERII, *Veneti*

De recta curandi ratione per sanguinis missionem liber unus. Venetiis, apud Georg. Angelerium, 1597, in 4.

IOANNIS NICOLAI STVPANI, *Rhæti*

Medicina Theorica: ex Hipp. & Galeni Physiologicis, Pathologicis & Semeioticis libris, post diexodicam enarrationem, summatim pro disputationibus ordinariis in theses contracta. Basileæ, apud Ioan. Schrœterum, 1614, in 8.

Epistolæ binæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS NIDEPONTANI

De Sudore Anglico liber. Argentinæ, apud Knoblochium, 1529, in 4.

IOANNIS OBERNDORFFERI

Apologia Chymico-Medica Practica adversus illiberales Martini Rulandi calumnias. Ambergæ, apud Michaelem Forsterium, 1610, in 4.

Epistolæ aliquot Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOAN-

IOANNIS ODORICI, *Melchiorii*

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum, qua agitur de quadam admirabili planta in Hispania reperta, & de Belenio apud Aristotelem. Extat lib. v Epist. Matth. pag. 611.

IOANNIS OPSOPOEI, *Brettani*

Hippocratis Coi Medicorum Principis, Iusjurandum. Aphorismorum sectiones VIII. Prognostica. Prorrheticorum lib. II. Coaca præsagia. Græcus & Latinus contextus accurate renovatus, lectionum varietate & Cornelii Celsi versione calci subdita. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1587, in 16.

IOANNIS PAPII, *Regiomontani*

De Medicamentorum præparationibus, earumque causis, tractatus. In quo Epitome totius artis Chymicæ, qua illa est ministra Medicinæ, & Iudicium de Pharmacopœa Quercetani continetur. Witebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1612, in 8.

IOANNIS PASCHALIS, *Suessani*

De Morbo composito vulgo Gallico appellato liber. Neapoli, apud Ioan. Anton. de Caneto, 1534, in 4. Et tomo I Operis de Morbo Gallico, pag. 190.

IOANNIS PAVLI PERNVMIA, *Patavini*

Nova ac plane singularis omnes totius corporis humani affectus præter naturam medendi ratio. Opus eximium ac vere aureum, propterque methodum expeditam, ac doctrinam præclaram, non solum inter Neotericorum scripta admirabile, sed vel antiquitati jure comparandum. Venetiis, apud Simonem Salignacum de Karera, 1574, in 4. Francof. apud Wecheli hæredes, 1596, in 8. *Laurentii Scholzii Vratislaviensis* studio & opera editum.

IOANNIS PAVLI TVRRIANI, *Novicomensis*

Epistola de Arthritide. Extat cum Epist. Thaddæi Duni Locarnensis. Tiguri, apud Gesneros ffr. 1555, in 8.

IOANNIS PELECYI

De humanorum affectuum, morborumque cura, libri duo. Monachii, apud Ioan. Hertsroy, 1617, in 12.

IOANNIS de PENNA, *Neapolitani*

Reprobationes in Tractatum comminantium Francisci de Bononia de Animatione fœtus. Extat cum Summa Thomæ de Garbo, pag. 83.

IOANNIS PETRI ARLVNI

Commentatio vinumne mixtum an meracum obnoxiis junctturarum doloribus magis conveniat. Perusiæ, 1573, in 8.

IOANNIS PETRI LOTICHII, *Moeno-Francofurtensis*

De Gummi (ut vocant) Gotta, sive Laxativo Indico discursus Theorico-Practicus. Extat cum Dispensatorio Chymico. Francof. apud Theobaldum Schonwetterum, 1626, in 8.

Paradoxon, sive de Febribus in genere dissertatio theorico-practica: in qua totius velut Medicinæ Epitome probabiliter

adstruitur Febrem omnium reliquorum Morborum Idæam esse. Accessit ejusdem Disputatio physica de dignitate & præstantia Scientiæ naturalis. Francof. apud Casp. Rotelium, 1627, in 4.

Gynæcologia, id est, de Nobilitate & perfectione sexus fœminei contra Mastiges Διάσκεψις. Rintelii, apud Petrum Lucium, 1630, in 8.

IOANNIS PETRI MERENDÆ, *Brixiani*

Commentarius de Ratione victus in morbis. Basileæ, apud Oporinum, 1556, in 8.

De ratione Evacuandi liber. Basileæ, apud Oporinum, 1555, in 8.

IOANNIS PFANNERI, *Viennensis*

De generali morborum curatione, & curationibus insolitis, prodigiosis, ipsaque armorum inunctione, Dissertationes tres. Basileæ, apud Ludovicum Konig, 1618, in 4.

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurent. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IOANNIS PETRI PASSERI, *Bergomatis*

De Causis mortis in vulneribus capitis, & recta eorum curatione liber. In quo ad mentem Hippocratis potissimum de Perforatione & abrasione in Cranii læsionibus non satis apparentibus agitur. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1590, in 4.

IOANNIS PHARMVNDI RHVMELII

Compendium Hermeticum, de Macrocosmo & Microcosmo, totius Philosophiæ & Medicinæ cognitionem breviter & compendiose complectens. Additum est Dispensatorium chymicum novum de vera Medicamentorum præparatione. Francof. 1635, in 12.

IOANNIS PHEILL

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IOANNIS PHILIPPHI BRENDELII, *Sclaicensis*

Consilia Medica celeberrimorum quorundam Germaniæ Medicorum. Collecta & partim etiam ex idiomate Germanico conversa, Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

IOANNIS PHILIPPI INGRASSIÆ, *Rachalbutensis Siculi*

De Tumoribus præter naturam tomus primus. In quo generatim tumorum omnium præternaturalium species: præsertimque eorum nomina, & definitiones, atque etiam causæ, multaque generalia declarantur. Græcique, & Arabes, & Latini, quatenus ad hæc ipsa pertinent, enucleantur. Occasione sumta ab Avicennæ verbis tertia Fen, quarti Libri, Tract. primo. Cujus interim universum primum Caput in hoc tomo elucidatur. Reliqua in sex aliis tomis declarabuntur. Neapoli, 1553, in fol.

In Galeni librum de Ossibus doctissima & expectatissima commentaria, Nunc primum sedulo in lucem edita, & apte Naturam

turam imitantibus Iconibus insignita. Quibus appositus est Græcus Galeni contextus, una cum nova & fideli ejusdem Ingrassiæ in latinum versione. Panormi, apud Ioa. Bapt. Maringhum, 1603, in fol.

Iatrapologia. Liber, quo multa adversus barbaros medicos disputantur, collegiique modus ostenditur; ac multæ quæstiones tam physice, quam chirurgicæ discutiuntur. Ejusdem quæstio, quæ capitis vulneribus ac phrenitidi medicamenta conveniant. Venetiis, apud Ioannem Gryphium, 1558, in 8.

Quæstio de Purgatione per medicamentum, atque obiter etiam de Sanguinis missione, an sexta morbi die fieri possint. Qua occasione de omnibus etiam aliis diebus determinatur, in quibus præcipue purgare vel sanguinem mittere possumus. Illustrissimi Ducis Terrænovæ casus Enarratio, & Curatio. E quibus tum penetrantis in thorace Vulneris, tum Fistulæ curandæ Methodus elucescit. Quæstio utrum Victus à principio ad statum usque procedere debet subtiliando, an (ut multi perpetuo observant) potius ingrossando. Quod Veterinaria Medicina formaliter una eademque cum nobiliore Hominis medicina sit, materiæ duntaxat nobilitate differens. Ex quo Veterinarii quoque medici non minus quam nobiles illi Hominum medici ad Regiam Protomedicatus officii jurisdictionem pertineant. Omnia in unum corpus redacta, atque in lucem edita. Venetiis, apud Angelum Patessium, 1568, in 4.

Galeni Ars medica, Ioan. Phil. Ingrassia interprete, ac veluti novo Plusquam Commentatore. Venetiis, apud Ioan. Gryphium, 1573, in fol.

Brevis methodus curandi pestiferum contagium, quod Anno Christi MDLXXV & LXXVI Panormum metropolim Siciliæ invasit: conversa à *Ioachimo Camerario* ex Italico sermone in Latinum. Argentinæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8. Cum Synopsi Commentariorum de Peste.

IOANNIS PHILIPPI de LIGNAMINE, *Messanensis*

De unoquoque cibo & potu, utili homini, & nocivo, eorumque primis qualitatibus. Romæ, in 4.

IOANNIS PHILIPPHI LONERI

Ἐξέτασις μεθοδικὴ trium alvi fluxionum, DiarrhϾ nimirum, Lienterię, & Dysenteriæ: quos anno 1588, sub finem æstatis Numburgi observavit. Numburgi, apud hæredes Ioa. Steinman, 1589, in 4.

Ἐξέτασις ἰατρικὴ μεθοδικὴ Apoplexiæ, cum suis causis, signis, & curatione. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1596, in 8.

IOANNIS PINCIERI

Meditationum variarum liber quartus. Cum appendice Carminum, & ad ea Annotationum. Francof. apud Christoph. Corvinum, 1601, in 8.

IOANNIS PISTORII, *Nemausensis*

Microcosmus, seu liber Cephale Anatomicus de proportione utriusque mundi: in cujus calce Reviviscit Pelops. Lugduni, apud Barthol. Vincentium, 1612, in 8.

IOANNIS PISTORII, *Niddani*

De vera curandæ pestis ratione liber unus: quà medicatio paulo aliter, quam hactenus à communibus practicis factum sit, proponitur. Francof. apud Hier. Feirabendium, 1568, in 8.

IOANNIS PLACOTOMI, *Murstadii*

Oratio de ratione discendi, ac præcipue Medicinam. Argentorati, apud Conrad. Scher, 1607, in 12. Cum Ioan. Georg. Schenckii Enchiridio de formandis Medicinæ studiis.

Polybi de Diæta salubri, sive de victu Privatorum, libellus, ex Græco translatus, & brevibus scholiis illustratus. Item Doctrina, de tuenda sanitate, & Disputationes quædam Scholasticæ & Philosophicæ ejusdem. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1561, in 16.

Commentarii in libellum Eobani Hessi de tuenda bona valetudine. In quibus multa erudite explicantur, studiosis Philosophiæ plurimum profutura. Francof. apud hæred. Christ. Egenolphi, 1560, in 8.

Accesserunt huic libello:

Ejusdem Placotomi de Natura & viribus Cerevisiarum & mulsarum Opusculum.

Ejusdem de Causis, præservatione, & curatione Ebrietatis dissertationes.

Item de Causa conjuncta erudita dissertatio.

Medicinæ encomion ex Desid. Erasmo per Eobanum Hessum versu redditum.

Chorus illustrium Medicorum, Eobani Hessi.

Strabi Galli Hortulus amœnissimus.

Cœna Baptistæ Fieræ, de Herbarum viribus, & ea Medicæ artis parte, quæ in victus ratione consistit.

IOANNIS PLANERII

Febrium omnium Simplicium divisio & compositio, ex Galeno & Avicenna excerpta, & in arbores, ut facilius intelligatur, redacta. Venetiis, apud Mejettum, 1596, in 4.

IOANNIS PLATEARII, *Salernitani*

De Simplici medicina liber, inscriptus Circa instans; quo simplicia medicamenta usitatiora alphabeti serie describuntur. Extat ad finem Dispensatorii Nicolai Præpositi. Lugduni, apud Constantinum Fradin, 1512, in 4. Parisiis, apud Nicolaum Bontonium, 1582, in 4.

Expositiones & commentationes ad Nicolai Antidotarium. Extant cum Serapionis operibus: Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. Cum Mesuæ operibus: Venetiis, apud Lucanton. Iuntam, 1527, in fol.

Pra-

Practica brevis morborum curandorum, etiam febrium, una cum libro de Simplici medicina: extant cum Operibus Serapionis, thesauro pauperum, aliisque. Lugduni, apud Iac. Myt, 1525, in fol.

IOANNIS PONÆ, *Veronensis*

Accurata Montis Baldi in agro Veronensi, descriptio. Ex Italico in Latinum sermonem *Carolo Clusio* versa. Extat cum hujusdem Rariorum Plantarum historia. Antverpiæ, apud Ioan. Moretum, 1601, in fol.

IOANNIS PONTANI

Methodus componendi Theriacam & præparandi Ambram factitiam. Excusa cum Consiliis Clariss. Germaniæ Medicorum, quæ collegit & edidit Iohannes Wittichius. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

De prodigiosis Episcopi Spirensis Iejuniis, Narratio. Extat cum Pauli Lentuli Historia de Apolloniæ Schreieræ Inedia. Bernæ Helvetiorum, apud Ioan. le Preux, 1604, in 4.

Epistola de Lapide Philosophorum. Extat cum Opusculis quibusdam Chemicis. Francof. apud Ioa. Bringerum, 1614, in 8. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1599, in 8. cum Iodoci Greveri Secreto, aliisque.

IOANNIS POSTHII, *Germershemii*

Observationes Anatomicæ in Realdi Columbi Cremonensis Anatomiam. Extant cum hujusdem de re Anatomica lib. xv. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1590, in 8.

Epistolæ binæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS QVINQVABORRÆI

Avicennæ Libri tertii Fen secundæ, quæ est de ægritudinibus nervorum, ex Hebraica in Latinam versio. Parisiis, apud Martinum Iuvenem, 1570, in 8.

Avicennæ Libri tertiæ Fen primæ, Tract. quarti, in quo scribit de ægritudinibus capitis & noxa multa illarum in functionibus sensus & moderaminis, sive partis rectricis, ex Hebraica in Latinam translatio. Parisiis, apud Martinum Iuvenem, 1572, in 8.

IOANNIS RAICI, *Schlaccowaldensis*

Tractatus de Podagra medico-kimicus. Francof. apud Aubrios, 1621, in 8.

IOANNIS RAPHAELIS MOXII, *Gerundensis*

Methodi medendi per venæ sectionem morbos, muliebres acutos, Libri quatuor. Quibus succedit Spicilegium eorum, quæ à variis sunt scripta de curandi ratione per venæsectionem febres, quas humor putrescens accendit. Coloniæ Allobr. apud Samuelem Crispinum, 1612, in 8.

IOANNIS RASCH, *Viennensis*

De Vino liber. Monachii, apud Adamum Bergerum, 1580, in 8.

IOAN-

IOANNIS REMMELINI, *Vlmensis*

Catoptrum Microcosmicum suis ære incisis visionibus splendens, cum historia & pinace de novo prodiens. August. Vind. apud David. Franckum, 1619, in magno fol.

IOANNIS RENODÆI, *Parisiensis*

Dispensatorium Medicum, continens Institutionum Pharmaceuticarum lib. v. De Materia medica lib. III. Pharmacopœam itidem, sive Antidotarium varium & absolutissimum. Parisiis, apud viduam Guil. de la Nouë, 1608, in 4. Francof. apud Ioa. Theobald. Schonwetterum, 1609, in 8.

IOANNIS REVSCHII, *Fontani*

Methodus præcavendæ & vitandæ Pestilitatis. Lipsiæ, apud Vœgelium, 1573, in 8.

IOANNIS RHENANI

Solis è puteo emergentis, sive Dissertationis chymico-technicæ libri tres. In quibus totius operationis chymicæ methodus practica: materia lapidis philosophici, & modus solvendi ejus, operandique, ut & clavis operum Paracelsi, qua abstrusa explicantur, deficientia supplentur. Cum præfatione Chymiæ veritatem asserente. Francof. apud Anton. Hummium, 1613, in 4. apud Conr. Eifridum, 1623, in 4.

Syntagma Harmoniæ Chymico-philosophicæ, sive Philosophorum antiquorum consentientium, hactenus quidem plurimum desideratorum, sed nondum in lucem publicam editorum; collectum & distributum in certas decadas. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Dissertatio Chymico-technica, in qua totius operationis Chymicæ methodus practica clare ob oculos ponitur, in Academia Marpurgica ad disputandum proposita. Marpurgi Cattor. apud Kitzelium, 1610, in 4.

Vrocriterium Chymiatricum, sive Ratio chymiatrica exacte judicandi urinas ex tribus principiis activis, & uno passivo, hactenus neglectis, Aphoristice ostensa. Marpurgi Cattor. apud Kitzelium, 1610, in 8. Francof. apud Anton. Hummium, 1614, in 8.

IOANNIS RIOLANI, *Ambiani*

Opera omnia, tam hactenus edita, quam Posthuma, Authoris postrema manu exarata & exornata: quibus universam Medicinam fideliter & accurate descripsit, atque illustravit. Parisiis, apud Hadrianum Perier, 1610, in fol.

Continentur autem his operibus:

Anatome.
Ad Fernelii librum de Elementis Commentarius.
Ad Fernelii librum de Temperamentis Commentarius.
Ad Fernelii librum de Spiritu & Calido innato Commentarius.
Ad Fernelii librum de Facultatibus Animæ Commentarius.
De Immortalitate Animæ Disputatio Philosophica.

Ad

Ad Fernelii librum de Functionibus & Humoribus Commentarius.
Ad Fernelii librum de Hominis procreatione Commentarius.
Ad Fernelii libros de Abditis rerum causis Commentarius.
De primis principiis rerum naturalium libri tres.
Opuscula Philosophica.
Disputatio philosophica de Anima Mundi.
De Fato.
De Libero Arbitrio disputatio philosophica.
Disputatio Metaphysica, An Deus & Natura unum sint.
Disputatio Metaphysica, De utraque Dei providentia, una ordinaria seu generali quæ natura, altera extraordinaria seu particulari quæ fortuna dicitur.
Disputatio Metaphysica de Ideis & Vniversis.
Disputatio Metaphysica, An Deus sit primus motor.
Disputatio Metaphysica, An potentia sit prior actu.
Disputatio Metaphysica, An Deus sit actus purus.
Vniversæ Medicinæ Compendium.
Physiologia.
Υγιεινὴ, seu Diæta sanorum.
Pathologia.
Therapeutica, sive Ars bene medendi, continet
Generalis Methodi medendi lib. duos.
Particularis Methodi medendi librum
Primum, in quo affectus interiorum partium explicantur.
Secundum, in quo agitur de Morbis externis.
Chirurgia in Germania edita. Quæ adjuncta fuit ut præcedentis defectum suppleret.

Seorsim excusa sunt:

Prælectiones in libros Physiologicos, & de Abditis rerum causis: cum brevibus Scholiis ejusdem autoris. Accesserunt opuscula quædam Philosophica. De primis rerum naturalium principiis libri tres. De Anima mundi. De Fato. De Libero Arbitrio. De utraque Dei providentia. De Ideis universis. An Deus & natura unum sint. An Deus sit primus motor, ubi de ortu, & interitu mundi. An potentia sit prior actu. An Deus sit actus purus. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1602, in 8.

Commentarii in sex posteriores Physiologiæ Fernelii libros. Parisiis, apud Thomam Brumennium, 1577, in 8. Montbelgardi, apud Iacobum Foillet, 1589, in 8.

Ad libros Fernelii de Abditis rerum causis Commentarii. Parisiis, apud Hadrianum Perier, 1602, in 8.

Ars bene medendi. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1601, in 8.

Artis medicinalis, Theoricæ & Practicæ sejunctim hactenus multoties excusæ Systema, ab *Emmanuele Stupano* in Iatrices cultorum & admiratorum gratiam, hac forma, adornatum, recognitum

tum & studiosissime emendatum, Basileæ, apud Ludovicum Regem, 1629, in 8.

Artis medicinalis, Theoricæ & Practicæ Systema: ab *Emmanuele Stupano* editum. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1629, in 8.

Disputatio de Monstro Lutetiæ M D C V, nato. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1606, in 8.

Ad Libavii Maniam responsio, pro censura Scholæ Parisiensis contra Alchymiam lata. Parisiis, apud Adrianum Perier, 1606, in 8.

Vniversæ Medicinæ Compendia. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1601, in 12.

IOANNIS RIOLANI, *Ioa. Filii*

Anatomica, seu Anthropographia, & Osteologia. Parisiis, apud Dionysium Moreau, 1626, in 4.

Schola Anatomica novis & raris observationibus illustrata. Cui adjuncta est accurata Fœtus humani historia. Parisiis, apud Adr. Perier, 1608, in 8.

Osteologia ex Veterum & Recentiorum præceptis descripta. In qua continentur Isagogica de Ossibus tractatio, cum Osteologia infantium usque ad septennium. Claudii Galeni liber de Ossibus ad tyrones. Et in eundem librum Iacobi Sylvii Commentarius. Ioa. Riolani Explanationes Apologeticæ, pro Galeno adversus novitios & novatores Anatomicos. Simiæ osteologia, sive ossium hominis & simiæ comparatio. Osteologia ex Hipp. libris eruta, collecta, & in ordinem digesta. Parisiis, apud Adrianum Perier, 1614, in 8.

Comparatio veteris Medicinæ cum nova, Hippocraticæ cum Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica. Parisiis, apud Adrianum Perier, 1605, in 12. Adjunctum est Examen Animadversionum Baucyneti & Harveti.

Brevis excursus in Battologiam Quercetani, quo Alchymiæ principia funditus diruuntur, & artis vanitas demonstratur. Accessit Censura Scholæ Parisiensis. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1604, in 12.

IOANNIS ROBERTI

Goclenius Heautontimorumenós; id est, curationis magneticæ, & unguenti armarii ruina. Ipso Rodolpho Goclenio juniore, nuper Parente, & Patrono; nunc cum Sigillis, & Characteribus magicis ultro proruente, & præcipitante. Luxemburgi, apud Hub. Reulandt, 1618, in 8.

Curationis Magneticæ, & Vnguenti armarii magica impostura, clare demonstrata. Modesta responsio ad perniciosam disputationem Io. Bapt. ab Helmond Bruxellensis Medici Pyrotechnici, contra eundem Roberti acerbe conscriptam. Luxemburgi, apud Hubertum Reuland, 1621, in 8.

IOAN-

IOANNIS ROBIN

Enchiridion Isagogicum ad facilem notitiam stirpium, tam indigenarum, quam exoticarum, quæ coluntur in ejus horto. Parisiis, apud Petrum de Bresche, 1623, in 8.

IOANNIS RODERICI CASTELLI ALBI, *Lusitani*

Index Dioscoridis, sive historiales campi, Exegemataque simplicium, atque eorundem Collationes cum his quæ in officinis habentur, nedum Medicis, & Myropoliorum seplasiariis, sed bonarum literarum studiosissimis perquam necessarium opus. Cujus singulis capitibus Dioscoridis Philologiam proponit, hac est, nomenclaturas simplicium in variis linguis Hispanica, Lusitanica, Germanica, Theutonica, & Gallica, Italicaque interdum: deinde judicium qnoque suum quoad ad rei ipsas singulis capitibus subjungit. Antverpiæ, apud viduam Martini Cæsaris, 1536, in fol.

IOANNIS RONCONII de MVTILIANA, *Florentini*

Tractatus Medico-philosophicus de Seri lactis natura, usu, & præparatione. Florentiæ, apud Franc. Honofrium, 1631, in 8.

IOANNIS RVBIGERI

Epistolæ tres Medicæ extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi, Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS RVDOLPHI CAMERARII

Sylloges memorabilium Medicinæ, & mirabilium naturæ Arcanorũ, Centuriæ XII. Argentinæ, apud Zetznerũ, 1630, in 12.

IOANNIS RVDOLPHI SALTZMANNI, *Argentinensis*

Consultatio medica de curando Melancholico. Extat tomo I pag. 534 Orationum Argentinensium, edit. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Anatomicis quibusdam observationibus Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. Singular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 447.

De diæta fractorum ossium, utrum scilicet alimenta conducant crassa & viscosa, an vero tenuia ac subtilia? Et, utrum diuretica cibis sint permiscenda, nec ne? Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. III. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1611, in 8, pag. 312.

IOANNIS RVELLII, *Suessionensis*

De natura Stirpium libri tres. Basileæ, apud Frobenium, 1537, in fol.

IOANNIS RVNGII, *Pomerani*

De præcipuis Visus symptomatis, eorumque causis, physica & medica contemplatio. Basileæ, apud Genathium, 1624, in 4.

IOANNIS de RVPESCISSA

De consideratione Quintæ essentiæ rerum omnium, opus sane egregium. Accessere Arnaldi de Villanova Epistola de Sanguine

guine humano destillato. Raimundi Lullii Ars operativa, & alia quædam. Ioa. Mich. Savonarolæ libellus optimus de Aqua Vitæ, nunc valde correctior, quam ante annos LXX editus. Omnia ad selectissimam materiam medicam, & morborum curationem, vitæque conservationem mirabiliter facientia. Basileę, apud Conr. Waldkirch, 1597, in 8.

Liber Lucis. Extat cum Secretis Alchimiæ magnalibus Thomæ Aquinatis, à *Daniele Brouchuisio* editis Coloniæ Agripp. apud Nic. Bohmbargen, 1579, in 4. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

De confectione veri lapidis Philosophorum clare & absque quacunque palliatione liber. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot scriptoribus à *Guil. Gratarolo* collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 126 tomi II.

IOANNIS SALICETI

Liber de Pestilentia, & ejus fuga. Tubingæ, 1501, in 4.

IOANNIS de S. AMANDO, *Galli*

Expositio, & dubitationes, earumque solutiones super Antidotarium Nicolai. Extant cum Io. Mesues Operibus.

❦ De usu idoneorum auxiliorum libellus. Extat cum Christophori Soteri artificiali medicatione, & Bertrutii Methodo cognoscendi morbos. Moguntiæ, apud Ivonē Schoeffer, 1534, in 4.

De Balneis opusculum. Extat in Opere Veneto de Balneis, pag. 221.

IOANNIS SAMBVCI, *Tirnaviensis*

Icones, seu vivæ imagines Medicorum & Philosophorum, veterum & recentium. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1574, in fol.

IOANNIS SAPORTÆ

Tractatus de Lue venerea. Extat cum Patris Antonii Saportæ de Tumoribus præter naturam libris quinque, cura *Henrici Gras* editis. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1624, in 12.

IOANNIS SAVRE, *Tornayensis*

De Lapide Philosophorum liber. Extat in Harmoniæ chymico-philosophicæ decade prima, collecta ab *Hermanno Condeesyano* editaque Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

IOANNIS SCHENCKII, *à Graffenberg*

Παρατηρήσεων, sive Observationum medicarum, rararum, novarum, admirabilium, & monstrosarum Volumen, tomis septem de toto homine institutum. In quo, quæ medici doctissimi & exercitatissimi Abdita, vulgo incognita, gravia, periculosaque circa humani corporis Anatomen & fabricam, ejusdemque morborum Causas, Signa, Eventus, & Curationes accidere compererunt, exemplis ut plurimum & historiis proposita exhibentur. Continentur præterea hoc Opere illustrium ætatis nostræ Medicorum Asclepiadarum ἀνέκδοτα complura, & nunquam publicata exem-

exempla memorabilia, quorum Autores singulari Elencho traduntur, opera *Ioa. Georgii Schenckii F.* collecta. Francof. apud Ionam Rhodium, 1609, & 1600, in fol. Friburgi Brisgojæ, apud Beckherum, 1606, in 8.

IOANNIS SCHILLERI

De Febre pestilenti liber. Basileæ, apud Henr. Petri, in 8.

IOANNIS SCHROETERI, *Vinariensis*

Typus ex Hippocrate, Galeno, aliisque bonis Autoribus, per quem cognitis ex motu & cursu siderum mutationibus anni, uno intuitu de futuris inde morbis, unusquisque facile prædicere poterit. Viennæ Austriæ, apud Ægidium Aquilam, 1551, in 8.

Brevis & necessaria Contagionis & Pestis adumbratio positionibus scripta. Ienæ, apud Thomam Rebartum, 1584, in 4.

Consilia aliquot Medica extant eo in opere quod *Ioan. Philippus Brendelius* collegit & edidit Francof. apud Palthenium, 1615, in 4. & quod *Ioannes Wittichius* edidit Francof. apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

Epistola Medica ad Iustinum Petzoldum de Morborum malignorum sui temporis curatione. Extat eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 303.

IOANNIS SCHWABI, *Feldkirchensis*

De horribilium atque horrisonorum πυροβόλων καὶ σφαιροβόλων tormentorum bellicorum vulnerum essentiis & curatione, Disputatio. Extat Decade II Disputat. quas collegit & edidit Ioa. Iac. Genathius, Basileæ, 1619, in 4.

IOANNIS SCHYRONII

Methodi medendi, seu Institutionis medicinæ faciendæ, una cum tractatu de curatione febrium putridarum, libri quatuor. Quibus accessit, Tractatus medicamentorum simplicium & compositorum, una cum ipsorum dosibus, quibus medici in praxi utuntur in eorum gratiam qui praxin adeunt: opus sane utilissimum & pernecessarium. Monspelii, apud Franc. Chouet, 1609, in 16.

IOANNIS SEBALDI KOBENHAUPTII, *Argentinensis*

Oratio de dicto vulgari, Medice vivere, est optime vivere. Extat Orationum Argentinensium tomo II, pag. 115. edit. Argentinæ, apud Laz. Zetznerum, 1615, in 8.

Oratio de Vita clarissimi doctissimique viri D. Sebaldi Hawenreuteri, Med. Doct. & Reipubl. Argentoratensis Physici: recitata prid. Cal. August. CIↃ IↃ LXXXIX. Extat ibidem pag. 176.

IOANNIS SEIDELII, *Boleslaviensis*

De Polyguria seu Diabete Disputatio. Extat Decade VI Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

IOANNIS SERAPIONIS, *Arabis*

Practica, dicta Breviarium. Liber de Simplici medicina, dictus Circa instans. Practica Platearii. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497. apud Andr. Toresanum de Asula, 1503. apud Iuntas, 1550, in fol. *Andrea Alpago* interprete. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1525, in 4. cum Thesauro Pauperum, & Plateario. Argentinæ, apud Vlricherum, 1531, in fol. cum Averrhois, Rasis, aliorumque opusculis *Otthonis Brunsfelsii* opera accuratius editis.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 153.

Excerpta de Balneis, extant pag. 430 Operis Veneti de Balneis.

IOANNIS SIGISMVNDI

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IOANNIS SOPHRONII KOZAR, *à Prachien Bohemi*

Anatomia Vitalis Microcosmi, in qua Naturæ humanæ proprietates quas homo cum rebus extra se sitis communes habet, tum morborum origines, eorumque legitimus curandi modus breviter & dilucide explicantur. Bremæ, apud Bertholdum Villerianum, 1636, in 4.

IOANNIS SPERLINGER

Tractatus physico-medicus de Calido innato pro Dan. Sennerto, contra Ioa. Freitagium conscriptus. Witebergæ, apud Ioan. Helwigium, 1634, in 8.

Tractatus physico-medicus de Origine formarum, pro Dan. Sennerto contra Ioa. Freitagium conscriptus. Witebergæ, apud Ioa. Helwigium, 1634, in 8.

Tractatus physico-medicus de Morbis totius substantiæ, & cognatis quæstionibus, pro Daniele Sennerto, contra Ioan. Freitagium, Witebergæ, apud hæredes Zach. Schureri, 1633, in 8.

IOANNIS SPITHOVII, *Monasteriensis*

Oratio de Vita & morte Iacobi Bordingi, Doct. medici. Rostochii, apud Hallervordium, 1624, in 4.

IOANNIS SPORISCHII, *ab Ottenbachaw*

Epitome Medicinæ Practicæ, Tyronibus conscripta. Witebergæ, apud hæredes Ioa. Cratonis, 1582, in 8.

Idea Medici: cum tractatu de symptomatibus crudelissimis, quæ Scarificationi & cucurbitularum usui Brunnæ incolis in Marchionatu Moraviæ supervenerunt: & de Febre epidemia anni ab Incarnatione Servatoris nostri MDLXXX. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1582, in 8.

Libri sex de ratione curandi in ægris hominum corporibus morbos, per bonam diætam. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1607, in 8.

De ratione inveniendi composita medicamenta, morborum inter-

internorum & externorum in humano corpore curationibus necessaria. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1607, in 8.

IOANNIS STAMLERI

Epistolæ binæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNIS STEPHANI, *Bellunensis*

In Hippocratis Coi libellum de Hominis structura Commentarius, in quo plurimæ difficultates diluuntur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1633, in 4.

In Hippocratis Coi libellum de Virginum morbis Commentarius. Accessere medico-philosophica Epistolia, Carmina, Sententia de Vesicantibus, & Medica consilia. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1635, in 4.

Summa præcautionis ratio Pestiferæ Contagionis, ac primum de Contagionis natura. Venetiis, apud Euangelistam Deuchinum, 1624, in 12.

De Incolumitate diu servanda tractatus, atque de Humanæ mentis immortalitate Dialogus. Venetiis, apud Euangel. Deuchinum, 1627, in 8.

IOANNIS STEPHANI STROBELBERGERI

Brevissima Manuductio ad curandos pueriles affectus. Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1629, in 8.

De Dentium Podagra, seu potius de ὀδονταλγίᾳ, doloreve dentium tractatus absolutissimus, in quo tam doloris istius mitigandi rationes, quam dentium sine & cum ferro artificiose extrahendorum varii modi, theorice ac practice proponuntur. Cum collectaneorum, dolori & extractioni dentium ab Autoribus dicatorum, appendice. Lipsiæ, apud Ioa. Grossium, 1630, in 8.

Tractatus novus in quo de Cocco Baphica, & quæ inde paratur Confectionis Alchermes recto usu disseritur. Cui insertus est Laurentii Catelani Genuinus ejusdem Confectionis apparandæ modus. Cum censura & approbatione Ioa. ab Oberndorff. Ienæ, apud Ioa. Beithmannum, 1620, in 4.

Prælectionum Monspeliensium in Monte Pelio publice habitarum brevis Recapitulatio, continens brevem ac summariam libri primi Galeni de affectorum locorum notitia explanationem. Norimbergæ, apud Abrahamum Wagenman, 1625, in 12.

Dissertationes succinctæ de Peste. Norimbergæ, apud Abrahamum Wagenman, 1625, in 8.

Epistolaris concertatio super variis tam Theoricis, quam Practicis quæstionibus, Febrim malignam concernentibus, agitata inter eum & Ioachimum Burserum Annæbergensem Med. Lipsiæ, apud Zachariam Schurerum juniorem, 1626, in 8.

Laureationum Medicarum apud exteros promeritarum, adversus obtrectatores breves Vindiciæ, in honorem Scholæ Medicæ Monspeliensis propositæ. Norimbergæ, apud Abrah. Wagenman, 1628, in 8.

Systematica universæ Medicinæ adumbratio. Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1628, in 8.

Masticologia, seu de universa Mastiches natura, Dissertatio Medica. Lipsiæ, apud Ioannem Grossium, 1628, in 8.

Galliæ Politicæ Medicæ descriptio, de Qualitatibus Regni Gallici, Academiis, Vrbibus, Fluviis, Aquis medicatis, Plantisque differens. Cui accessit Lucæ Guarini Clypeus spiritualis, quo se quivis peregrinator ab omnibus hostibus defendere & è quovis periculo tutus evadere potest. & Bernhardi Gordonii brevissima pro Iter agentibus instructio, quid his ad bonam valetudinem conveniat. Ienæ, apud Ioa. Beithmannum, 1621, in 12.

IOANNIS STOCKERI, *Vlmensis*

Praxis morborum particularium. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1609, in 8. hanc recensuit, à mendis repurgavit, & commentariis ad obscuriora loca illustravit, opusque novum fecit *Adrianus Toll Lugd. Bat. M. D.* Lugduni Bat. apud Ioa. Maire, 1634, in 12.

Empirica, sive Medicamenta varia, experientia diuturna comprobata & stabilita, contra plerosque omnes corporis humani morbos, tam internos, quam externos, in duos libros distributa: in lucem edita opera & studio *Tobiæ Dornkreilii, Lunæburgensis*. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1601, in 8.

IOANNIS STVLLII

Medendi Practica Generalis, in tres fasciculos contracta. Antverpiæ, apud Bellerum, 1606, in 12.

IOANNIS STVRMII, *Lovaniensis*

De Rosa Hierichuntis liber unus. Lovanii, 1608, in 8.

IOANNIS SYLVII, *Insulensis*

De studiosorum, & eorum qui corporis exercitationibus addicti non sunt, tuenda valetudine libri duo. Quorum priore de sex rerum nonnaturalium dextro usu agitur: posteriore formulæ quædam (vulgus receptas indigitat) ex maxime familiaribus & & parabilibus studiosis diligenter describuntur. Duaci, apud Bogardum, 1574, in 8.

De curatione morbi articularis tractatus quatuor. Accedit de Lue venerea declamatio. Antverpiæ, apud Guil. Silvestrem, 1565, in 8. apud Plantinum, 1557, in 8.

Morbi populariter grassantis præservatio, & curatio, ex maxime parabilibus remediis. Lovanii, apud Hier. Wellæum, 1572, in 8.

Tabulæ Pharmacorum. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1568, in 8.

De Lue venerea declamatio. Extat tomo II Operis de Morbo gallico, pag. 140.

IOANNIS TAGAVLTII, *Ambiani*

De Chirurgica institutione libri VI. Parisiis, apud Christoph. Wechelum, 1543, in fol. Lugduni, apud Guil. Gazejum, 1545, in 8. cum

cum Hollerii lib. de Materia chirurgica. Tiguri, apud Gesneros fr. 1555, in fol. cum aliis Chirurgiæ scriptoribus.

Metaphrasis in Guidonem de Cauliaco. Parisiis, apud Christ. Wechelum, 1545, in 4.

Commentariorum de purgantibus medicamentis simplicibus, Lib. II. Priore libro, Leges seu Canones universales Ioa. Cognomento Mesue, ad Pharmacopœam spectantes, compendiaria ratione describuntur. Altero, Simplicia medicamenta purgatoria, quo ordine speciatim de illis scripsit Mesues, explicantur, examinanturque: resectis quidem, ac suppressis omnino fere iis, quæ ad seplasiariam artem parum facere videbantur. Parisiis, apud Galeotum à Prato, 1537, in 4. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1549, in 16.

IOANNIS TAISNIERII, *Hannonii*

Opus mathematicum octo libros complectens, innumeris propemodum figuris idealibus manuum & physiognomiæ, aliisque adornatum, quorum sex priores libri absolutissimæ Cheiromantiæ Theoricam, Praxin, doctrinam, artem, & experientiam verissimam continent. Septimus Physiognomiæ dispositionem, hominumque omnium qualitates & complectiones. Octavus Periaxiomata de Faciebus Signorum, & quid Sol in unaquaque domo existens, natis polliceatur. Remedia quoque omnium ægritudinum complectitur. Et naturalem Astrologiam atque effectus Lunæ quoad diversas ægritudines. Item Isagogen Astrologiæ Iudiciariæ, & totius divinatricis artis Encomia. Coloniæ Agripp. apud Theodorum Baumium, 1583, in fol.

IOANNIS TALENTONII

Variarum & reconditarum rerum thesaurus, in quatuor libros divisus. In quibus difficiliores in omni fere disciplinarum genere loci explicantur; Quæsitis aliquot gravissimorum virorum obscurissimis respondetur; Diversarum rerum nomina, naturæ, & munera declarantur; varii ritus occultæque aperiuntur historiæ; aliaque demum tum rara, tum obscura traduntur, enodantur, extricantur, illustrantur. Francof. apud Palthenium, 1605, in 8.

IOANNIS TARDINII, *Turnonensis*

Disquisitio Physiologica de Pilis. Turnoni, apud Claud. Michaelem, 1619, in 8.

IOANNIS THALII, *Northusani*

Sylva Hercynia, sive catalogus plantarum sponte nascentium in montibus, & locis vicinis Hercyniæ, quæ respicit Saxoniam, conscriptus. Extat cum Horto Medico Ioach. Camerarii. Francof. apud Feirabendium, 1588, in 4.

IOANNIS THEODORI SCHONLINI

Discursus Philosophicus & Medicus de Melancholia & Catarrho, in quo de eorum differentiis, causis, signis, & curandi ratione accurate disseritur. Ex Clariss. Andr. Laurentii Gallico libello

libello Latio adſcriptus. Auguſtæ, apud Seb. Mylium, 1620, in 16.

Diſcurſus de Viſus nobilitate, & conſervandi modó. Ex Clariſſ. Andr. Laurentii Gallico libello Latio adſcriptus. Monachii, apud Bergium, 1618, in 16.

IOANNIS THOMÆ FREIGII

De Medicina libellus, extat cum ejuſdem Pædagogo. hoc eſt, libello oſtendente qua ratione prima artium initia pueris quam facilime tradi poſſint. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1582, in 8.

Quæſtiones Phyſicæ. In quibus Methodus doctrinam Phyſicam legitime docendi, deſcribendique rudi Minerva deſcripta eſt Libris XXXVI. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1585, in 8. Horum XXVI. De Metallis, Lapidibus, Gemmis.

XXVII. De Pſychologia.

XXVIII. De Dendrographia & Phyturgia.

XXIX. De Botanologia.

XXX. De Georgia.

XXXI. De Inſectis, & Bombycibus, & Melitturgia.

XXXII. De Avibus & Ornithogonia.

XXXIII. De Piſcibus & Ichthyographia, & Ichthyotrophiis.

XXXIV. De Zoographia animantium terreſtrium, pecuaria, paſtoritia, & κτηνογραφίᾳ.

XXXV. De Anthropologia & Anatomia agit.

IOANNIS THOMÆ MINADOI, *Rhodigini*

Medicarum Diſputationum liber primus. Tarviſii, apud Ang. Mazzolinum, 1610, in 4.

Continet autem Diſputationes

1. De Sudore Sanguineo.
2. De adæquato indicante venæſectionis.
3. De injucunditate in curationibus devitanda.
4. De Cucurbitulis corneis, uſtione, & aurium ſcarificatu.
5. Quod liber ad Thraſybulum legitimus, & Galenicus fuerit.
6. Quid magis pro aquarum correctione præſtet, coctio, an ſublimatio.
7. De adæquato ſubjecto facultatis Anatomicæ.

De Variolis & Morbillis liber unicus. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1603, in 4.

De Febre maligna libri duo. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1604, in 4.

De Arthritide liber unus. Venetiis, apud Societatem, 1603, in 4.

Philodicus, ſive de Ptiſana, ejuſque cremore, pleuriticis propinando, Dialogus. In quo de Indicante vitali multa, à nemine hactenus edita, maxime medicis neceſſaria acute, novaque ratione, ex profeſſo diſputatur. Venetiis, apud Dominicum Guerræum, 1587. Mantuæ, apud Franciſcum Oſannam, 1584, in 4.

De

De humani Corporis Turpitudinibus cognoſcendis, & curandis, libri tres. In quibus cum Cutanearum, tum Organicarum turpitudinum primum quidē univerſim, mox ſeorſim Cognitio, & Curatio traditur. Nova, & à nemine hactenus ex profeſſo habita Diſputatio. De Morbis in uſu continetur. De nova quadam Affectione, quam Cirrorum Morbum, Plicam, Helotida, & Sarmatice Gozdzier, & Koltûnum dicunt, Conſultatio habetur. Patavii, apud Franciſcum Bolzettam, 1600, in fol.

Pro quadam ſua ſententia Diſputatio. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1604, in 4.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

IOANNIS de TORNAMIRA, *Galli*

Clarificatorium valde ſingulare ſuper Almanſoris nono cum ipſius Raſis textu. Tractatus item de Febribus. Lugduni, apud Ioa. Bachelier, 1501, in 4. Venetiis, apud Lucantonium Giuntam, 1521, in fol.

Iſagoge ad Practicam Medicinæ. Extat cum Valeſci de Taranta Practica.

IOANNIS TRITHEMII, *Spanheimenſis*

Tractatus de Lapide Philoſophico. Extat cum Anonymi tractatu de Secretiſſimo antiquorum Philoſophorum arcano. Anno 1611, in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

IOANNIS VALVERDI de HAMVSCO, *Hiſpani*

De animi & corporis ſanitate tuenda liber. Pariſiis, apud Rob. Stephanum, 1552, in 8. Venetiis, apud Dominicum Lilium, 1553, in 8.

Anatome Corporis humani. Nunc primum à *Michaele Columbo* latine reddita, & additis novis aliquot tabulis exornata. Venetiis, apud Iuntas, 1589, 1607, in fol.

IOANNIS VARANDÆI

Phyſiologia, & Pathologia. Quibus acceſſerunt Tractatus prognoſticus: item Tractatus de Indicationibus curativis. Monſpeſſuli, apud Franc. Chouet, 1620, in 8.

Tractatus Therapeuticus primus de Morbis Ventriculi. In lucem editus opera *Romani à Coſta*. Monſpeſſuli, apud Franc. Chouet, 1620, in 8.

Tractatus de Affectibus Renum & Veſicæ, ad mentem imprimis Hippocratis, & Galeni accuratiſſime conformatus, publicique juris factus à *Petro Janichio, medico*. Hanoviæ, apud Petrum Antonium, 1617, in 8. Monſpeſſuli, apud Franc. Chouet, 1620, in 8.

De Morbis mulierum lib. III. in lucem editi opera *Romani à Coſta*. Monſpeſſuli, apud Franc. Chouet, 1620, in 8.

Tractatus de Elephantiaſi, ſeu Lepra; item de Lue Venerea, & He-

& Hepatitide; seu Hepatis ἀτονίᾳ. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1620, in 8.

Formulæ remediorum internorum & externorum, ante annos aliquot Medicinæ studiosis traditæ, & ab illis hactenus ut secretum sanctumque Praxeos asylum habitæ, nunc vero publicæ factæ per *Petrum Ianichium Dantiscanum*. Hanoviæ, apud Petrum Antonium, 1617, in 8. Monspessuli, apud Franc. Chouet, 1620, in 8.

IOANNIS VASSÆI, *Meldensis*

De judiciis urinarum tractatus, ex probatis collectus autoribus, & in tabulæ formam confectus, adjectis etiam causis quæ hanc vel illam urinam reddant. Lugduni, apud Rouillium, 1545, in 16. Tiguri, apud Gesneros fr. 1555, in 8. cum Enchiridio rei medicæ.

Epistola, qua Ptisanæ usum defendit contra Ioannem Manardum, præfixa est Galeni de Victus ratione in morbis acutis commentariis, quæ latinitate donavit. Parisiis, apud Iac. Bogardum, 1543, in 8.

IOANNIS VETERIS, *Burgundi*

Orationes viginti una, in Medicinæ commendationem, & in gratiam octodecim medicæ laureæ candidatorum institutæ. Lutetiæ, apud Morellum, 1560, in 8.

IOANNIS VIGIRII, *Casseronensis*

Tractatus absolutissimus & accuratissimus de Catarrho, Rheumatismo, Vitiis dentium, linguæ, vocis, de immodica & indecora salivatione, & aliis à cerebro destillationibus, ex variis autoribus compilatus. Item Andreæ Laurentii Tractatus de Catarrho è Gallico Sermone in Latinum conversus. Genevæ, apud Ioa. Bouchereau, 1623, in 8.

IOANNIS de VIGO, *Genuensis*

Practica in arte Chirurgica copiosa, continens novem libros. I, De Anatomia Chirurgo necessaria. II, De Apostematibus in universali & particulari. III, De Vulneribus in universali & particulari. IV, De Vlceribus in universali & particulari. V, De Morbo Gallico, & dislocatione juncturarum. VI, De Fractura, & dislocatione ossium. VII, De natura simplicium & posse eorum. VIII, De natura compositorum: & est Antidotarium. IX, De quibusdam additionibus totum complentibus. Lugduni, apud Ioa. de Cambray, 1518, in 4. 1534, in 8. apud Symphorianum Beraud, 1582, in 8.

IOANNIS VINCENTII FINCKII

Encheiridion dogmatico-hermeticum morborum partium corporis humani præcipuorum curationes breves continens. Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1618, in 12.

IOANNIS VISCERI, *Wembdingensis*

Aphorismorum Hippocratis Enarratio brevis. Edita *Hieronymi Visceri F.* opera, Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1591, in 4.

Epistola

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum, in qua tractatur de Vertigine, occipitii dolore, stupore, pilorum defluvio, & glandibus in inguinibus exortis. Extat lib. v Epist. Matth. pag. 651.

IOANNIS VOCHS, *Coloniensis*

De Pestilentia anni M D VII & ejus cura. Cum quibusdam dubiis & digressionibus, sine quibus cura non perficitur. Magdeburgi, apud Iac. Winter, 1508, in 4. & Coloniæ, 1537, in 8. hoc titulo: Opusculum præclarum de omni Pestilentia, sive sit ab aëre corrupto, sive ab aquis putridis, aut à cadaveribus: & de diuturna peste morbi Gallici, quæ non cessabit, donec putredo ejusdem morbi funditus eradicetur. Per *Ioannem Dryandrum* novissime repurgatum.

IOANNIS VRSINI

Prosopopœa Animalium aliquot, cum Scholiis *Iacobi Olivarii Avenionensis*. Viennæ Gallorum, apud Matthiam Bonhomme, 1541, in 4.

Elegiæ de Peste, eaque Medicinæ parte, quæ in victus ratione consistit. Alexandriæ, apud Franc. & Simon. Moschenum, 1549, in 4.

IOANNIS WERNERI, *Hannoverani*

Therapeutica, hoc est, sanitatis restituendæ ratio artificiosa, libris duobus proposita & commentariis illustrata. Francof. apud Petrum Kopfium, 1596, in 8.

IOANNIS WIDEMANNI

De Lumbrico lato Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV prioribus. Vlmę, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 507.

IOANNIS WIERI

Medicarum observationum rararum lib. I. De Scorbuto. De Quartana. De Pestilentiali Angina, Pleuritide, & Peripneumonia. De Hydropis curatione. De curatione meatuum naturalium clausorum, & quibusdam aliis. Basileæ, apud Oporinum, 1567, in 4.

Libellus de Iræ morbo, & ejus curatione philosophica, medica, & theologica. Basileæ, apud Oporinum, 1577, in 8.

De Varenis, morbo Endemio Westphalorum permolesto, ex Germanica lingua Latio donatus opera *Henrici Wieri*. Extat lib. III, Epist. II, Miscellaneorum Henrici Smetii.

IOANNIS WIGANDI

Vera historia de Succino Borussico; de Alce Borussica, & de Herbis in Borussia nascentibus. Item de Sale. Ienæ, apud Tobiam Steinman, 1590, in 8.

IOANNIS WITTICHII, *Boneslaviensis*

Tractatus de Lapide Philosophico. Extat in Harmoniæ chymico-philosophicæ decade prima, collecta ab Herm. Condeesyano. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

IOANNIS WITTICHII, *Vinarienſis*

Methodus tum ſimplicium, tum compoſitorum medicamentorum, quæ apud Recentiores ſunt in uſu, omnibus Medicinam exercentibus admodum utilis. Adjungitur & brevis enarratio de Chirurgicis adminiſtrationibus à Medico excellenti Patavino Anno 1566, Stud. Medic. dictata. Acceſſit Paræneſis de præcipuis & maxime vulgaribus digeſtivis ſolutivis, Correctionibus medicinarum ſimplicium, Decoctionibus minorativis & Alterantibus remediis, cum certa & limitata rei menſura ac doſi Incerti autoris. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1596, in 8.

Conſilia, Obſervationes, atque Epiſtolæ Medicæ nobiliſſimorum ac doctiſſimorum Germaniæ Medicorum, quibus ſua ipſius Conſilia inſeruit. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

IOANNIS WOLFFII, *Haſſiaci*

De Acidis Wildungenſibus, earumque mineris, natura, viribus, ac uſus ratione brevis explicatio. Marpurgi, apud Auguſt. Colbium, 1580, in 4.

De aqua vitæ Iuniperina Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 481.

IOANNIS WOLFGANGI DIENHEIM

Medicina univerſalis, ſeu de generali morborum omnium remedio liber, quo veritas facilitaſque Medicinæ cujuſdam Catholicæ, omnes omnino Morbos curantis oſtenditur, ad eandemque adipiſcendam aditus aperitur. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1610, in 8.

IOANNIS de ZANTVLIETE, *Brabantini*

Tractatus de Diætis totius anni. Extat cum Regimine Sanitatis Magnini. Lugduni, apud Iac. Myt, 1517, in 4.

IOANNIS ZECCHII, *Bononienſis*

Conſultationes medicinales. In quibus univerſa Praxis medica exacte pertractatur. *Andromachi Zecchii* opera in lucem editæ. Venetiis, apud Ioan. & Variſcum Variſcos, 1617, in 4.

De Vrinis brevis & pulcherrima Methodus. Cui de laterali dolore cum febre putrida, nec non mali moris tractatus, & Conſultatio accedunt. *Herculis Zecchii* opera in lucem edita. Bononiæ, apud hæredes Ioan. Roſſii, 1613, in 4.

De Aquarum Porrectanarum uſu, atque præſtantia Tractatus, in ſeptem capita diviſus. Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1576, in 4.

In primam D. Hipp. Aphor. Sect. dilucidiſſimæ lectiones. Quibus accedunt tractatus quatuor inſignes, admirabili quadam Methodo digeſti, de Purgatione videlicet, de Sanguinis miſſione, de Criticis diebus, ac de Morbo Gallico. A *Scipione ex Mercuriis* ſumma diligentia ab ore Autoris excepti. Ejus Scip. Merc. Scholia

lia in singulas Lectiones: tomus primus. Bononiæ, apud Ioa. Rossium, 1586, in 4.

IOANNIS ZINCKII

De Crisibus commentarius. In quo de natura, proprietate, differentiis, speciebus, utilitate, atque necessitate Criseωn, & dierum criticorum; eorumque artificio, judicio, calculo, atque prognostico, ex motu Lunæ, cœlique aspectibus cognoscendo, agitur. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1609, in 12.

IOANNIS ZOMERII

Consilia quædam extant de Arthritide eo in opere, quod *Henricus Garetius* edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

IODOCI GREVERI

Secretum & Alani Philosophi dicta de Lapide philosophico. Item alia nonnulla ejusdem materiæ, pleraque jam primum edita à *Iusto à Balbian*. Lugduni Batav. apud Christoph. Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

IODOCI HARCHII, *Montensis*.

De Causis contemptæ Medicinæ, lib. unus. Leodii, apud Gualtherum Morberium, 1567, in 8.

Enchiridion medicum, simplicium pharmacorum, quæ in usu sunt, nomenclaturam, historiam, facultatem, & usum eleganti poëmate comprehendens. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 8.

IODOCI LOMMII, *Burani*

Medicinalium observationum libri tres. Quibus notæ morborum omnium, & quæ de his possunt haberi præsagia judiciaque proponuntur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1560, apud Gul. Sylvium, 1563, in 8.

Commentarii de Sanitate tuendæ, in primum librum de Re medica Aurelii Cornelii Celsi medicorum Romanorum longe principis. Lovanium, apud Anton. Mariam Bergagne, 1558, in 8.

De curandis Febribus continuis liber, in quatuor divisus sectiones, quarum singulæ singulorum morbi temporum quæ totidem quoque sunt numero remedia continent. Antverpiæ, apud Gulielmum Sylvium, 1563, in 8.

IODOCI WILLICHII, *Resellíani*

Ars Magirica, hoc est, Coquinaria, de cibariis, ferculis, obsoniis, alimentis & potibus diversis parandis, eorumque facultatibus. Huic accedit Iacobi Bifrontis Rhæti de Operibus Lactariis Epistola. Tiguri, apud Iac. Gesnerum, 1563, in 8.

Vrinarum probationes, illustratæ Scholiis medicis *Hieronymi Reusneri Leorini*: in quibus principia solidæ Vroscopiæ, ad solidæ philosophiæ fontes revocantur, multique medicorum errores deteguntur, cum variis matularum delineationibus, & remediis ex urina desumtis. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1582, in 8.

Obser-

Obſervationes Medicæ in libellum Lactantii Firmiani, qui de Opificio Dei inſcribitur. Item Hippocratis libellus de Genitura. *Iod. Willichio* interprete. Francof. ad Oderam, 1542, in 8.

Problemata de Ebriorum Affectionibus, & moribus. Francof. apud Ioan. Hanaw, 1543, in 8.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere, quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

INNOCENTII CALVINI, *Derthonenſis*

De Eucraſia conſervanda Enchiridion. Papiæ, apud Bernardinum Garaldum, 1514, in 4.

IOSEPHI de AROMATARIIS, *Aſſiſinatis*

Diſputatio de Rabie contagioſa. Cui præpoſita eſt Epiſtola de Generatione Plantarum ex ſeminibus, qua detegitur in vocatis ſeminibus contineri plantas vere confirmatas, ut dicunt, actu. Venetiis, apud Iac. Sarcinam, 1625, in 4. Francof. apud Guolphgangum Hofmannum, 1626, in 4.

IOSEPHI GRVNBECKII

De Mentulagra, ſeu morbo regio liber. Venetiis, apud Scotum, 1503, in 4.

IOSEPHI LAVTENBACHII

Conſilia Medicinalia Præſtantiſſimorum Italiæ Medicorum; tum ſeorſim Antonii Mariæ Venuſti Tergeſtinorum Med. De graviſſimis Humani corporis malis curandis. Francof. apud Ioannem Sartorium, 1605, in 4.

IOSEPHI MILII, *Voltolinæ*

De Hortorum cultura libri tres. Brixiæ, apud Vincentium Sabium, 1574, in 8.

IOSEPHI PHAVORINI à CLAVARIIS, *Fabrianenſis*

Medicarum Exercitationum liber. In quo φυσιολογικὴ, παθολογικὴ, ac θεραπευτικὴ, inter alias ſummas Medicinæ partes explanantur; Res ſcil. Naturales, & præter naturam, una cum recta eiſdem occurrendi Methodo, juxta Principum Medicorum ſententiam, enodata veritate diſcutitur. Camerini, apud Franc. Iojoſum, 1599, in 4.

Synopſis de Hominis excellentia, varia, & multiplici doctrina, lectione, & eruditione referta, Philoſophica, Medica, & Chriſtiana. Pars prima, in qua explicantur quatuor Naturæ gradus eorum omnium quæ ſunt, vegetant, ſentiunt, & intelligunt; eorundemque cum homine facta comparatione decernitur in eſſentia, vita, ſenſu, & intellectu ſolum hominem excellentiſſimum eſſe, nihilque in Lapidibus, Plantis, Animalibus, & Mundo reperiri, quod in eo non ſit præſtantius, ſublimius, excellentius. Peruſiæ, apud Petruccios, 1606, in fol.

IOSEPHI POMII, *Siculli*

De curandis Febribus putridis ars medica. Panormi, apud Ioan. Anton. Franciſcium, 1603, in 4. Quan-

Quando in Febribus putridis medicandum, Quæstio medica ad Hipp. & Galeni mentem examinata. Ibidem, 1605, in 4.

IOSEPHI QVERCETANI, *Armeniaci*

De Priscorum Philosophorum veræ medicinæ materia, præparationis modo, atque in curandis morbis præstantia. Deque simplicium, & rerum signaturis tum externis, tum internis, seu specificis, à priscis & Hermeticis Philosophis multa cura, singularique industria comparatis, atque introductis, duo tractatus. His accesserunt de Dogmaticorum medicorum legitima, & restituta medicamentorum præparatione, libri duo. Itemque selecta quædam consilia medica. S. Gervasii, apud hæredes Eust. Vignon, 1603, in 8. Sub finem annectuntur Consilia quatuor. I, De Arthritide & morbo ei affini, Calculo. II, De Nephritide. III, De Lue Venerea. IV, Pro Virgine morbo in immensum complicato laborante.

Tetras gravissimorum totius capitis affectuum; ex doctiss. medicorum, tum dogmaticorum, tum hermeticorum, assiduis vigiliis, & accurata Theoriæ & Praxis observatione elucubrata, &c. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1609, in 8.

Pestis Alexicacus, sive Luis pestiferæ fuga, auxiliaribus selectorum utriusque Medicinæ remediorum copiis procurata. Parisiis, apud Claud. Morellum, 1608, in 8.

Sclopetarius, sive de curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & similium tormentorum ictibus acciderunt, liber. Lugduni, apud Ioan. Lertout, 1576, 1600, in 8.

Pharmacopœa Dogmaticorum restituta, preciosis selectisq; Hermeticorum floribus illustrata. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Venetiis, apud Iacob. de Franciscis, 1614, in 4. Addita est huic editione de Spagyrica mineralium, animalium, & vegetabilium, præparatione, & usu tractatio.

Diæteticon polyhistoricon, opus utique varium, magnæ utilitatis, ac delectationis, quod multa Historica, Philosophica, & Medica, tam conservandæ sanitati, quam variis curandis morbis valde necessaria contineat. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8.

Ad Iacobi Auberti Vindonis de Ortus & causis metallorum contra Chymicos Explicationem brevis Responsio. Ejusdem de Exquisita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium medicamentorum Spagyrica præparatione & usu, perspicua Tractatio. Lugduni, apud Ioan. Lertotium, 1576, 1600, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Ad veritatem Hermeticæ Medicinæ ex Hippocratis veterumque decretis ac Therapeusi, nec non vivæ rerum anatomiæ exegesi, ipsiusque naturæ luce stabiliendam, adversus cujusdam Anonymi phantasmata Responsio. Lutetiæ, apud Claudium Morellum,

rellum, 1603, in 8. Francof. apud Wolffgangum Richterum, 1605, in 8.

Ad brevem Riolani excurſum brevis incurſio. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1605, in 8.

Opera medica: ſcilicet, ad Iac. Auberti Vindonis de Ortu & cauſis metallorum contra Chymicos explicationem brevis Reſponſio. De exquiſita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium medicamentorum ſpagyrica præparatione & uſu, perſpicua tractatio. Sclopetarius, ſive de curandis vulneribus, quæ ſclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus acciderunt liber. Antidotarium Spagyricum adverſus eoſdem ictus. Lugduni, apud Ioan. Lertout, 1600, in 8.

IOSEPHI STRUTHII, *Poſnanienſis*

Ars ſphygmica, ſeu Pulſuum doctrina ſupra MCC annos perdita, & deſiderata, omnibus tamen Medicinam cum nominis celebritate, maximaque utilitate facere volentibus ſumme neceſſaria, lib. V conſcripta. Baſileæ, apud Oporinum, 1540, in 8. apud Ludovicum Koning, 1602, in 8. Huic acceſſit Hier. Capivaccei de Pulſibus elegans tractatus: & Caſpari Bauhini Introductio Pulſuum Synopſin continens.

IOSEPHI STUBENDORFII

Obſervationes ad librum de Scorbuto Severini Eugaleni. Lipſiæ, apud Conradum Voigtum, 1604, in 8.

IOSEPHI VALDANII

De Theriacæ uſu in Febribus peſtilentibus liber ſecundus. Brixiæ, apud Vincentium Sabium, 1571, in 8.

De Miſtione Dialogi duo. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

IOSIÆ SIMLERI

Vita Clariſs. Phil. ac Med. Conradi Geſneri Tigurini. Item Epiſtola Geſneri de libris à ſe editis. Et carmina complura in obitum ejus conſcripta. His acceſſit Caſparis Wolphii Hypoſcheſis, ſive de Conr. Geſneri ſtirpium hiſtoria ad Ioan. Cratonem S. Cæſ. Maſ. Med. pollicitatio. Tiguri, apud Froſchoverum, 1566, in 4.

Vocabula rei nummariæ, ponderum, & menſurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica: ex diverſis Authoribus collecta, & in ordinem Alphabeticum diſpoſita. Extant cum Dom. Maſſarii de Ponderibus & Menſuris medicinalibus libris, à *Caſparo Wolphio* editis, Tiguri, apud Froſchoverum, 1584, in 8.

IOSTRERII de IOSTRERIIS, *Baſſanenſis*

Admirationes medicæ ex doctrina Galeni, nec non & aliorum auctorum; ſcilicet de Uſu veſicantium promiſcue in morbis omnibus: de Cucurbitulis affigendis importune: de Venæſectionis omiſſione: de Purgatione incongrua: de Victus ratione monſtroſa. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1596, in 4.

IOSUE-

IOSVELIS ABRECH, *Hunepai*

Ὀνειροκρίσιος liber novus, mirificus, & eruditione refertus, omnibusque iis, qui præsertim medicinæ vel Philosophiæ, adeoque ipsi sapientiæ Theologicæ, vel saltem pietati ac timori Dei, ipsiusque cognitione student, perquam utilis. In quo, videlicet, omne genus imagines cerebro dormientium conceptæ evolvuntur haudquaquam futili, sed genuina ac vera, partimque ex arcanarum Scripturarum fontibus hausta, partim vero ex veterum probatissimorumque Medicorum vel Philosophorum scriptis deprompta, partim denique sagaci atque omnino fida ipsius autoris exegesi. Cum præfixa instructione de variis somniorum generibus, eorundemque definitionibus, causis ac circumstantiis, simulque de legitima ipsa interpretationum ratione. Tremoniæ, apud Arnoldum Westhovium, 1607, in 8.

IOVITÆ RAPITII

De Balneis, seu Thermis quæ ad Timavi ostia sunt. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 307.

ISAACI *Israelitæ*

Omnia opera in hoc volumine contenta: cum quibusdam aliis opusculis: scilicet,

Lib. de Definitionibus.
Lib. de Elementis.
Lib. Diætarum universalium: cum Commento Petri Hispani.
Lib. Diætarum particularium: cum Commento ejusdem.
Lib. de Vrinis: cum Commento ejusdem.
Lib. de Febribus.
Pantechni decem lib. Theorices: & decem Practices: cum tractatu de Gradibus Medicinarum Constantini.
Viaticum Isaac, quod Constantinus sibi attribuit.
Lib. de Oculis Constantini.
Lib. de Stomacho Constantini.
Lib. virtutum de simplici medicina Constantini.
Compendium megatechni Galeni à Constantino compositum.
Lib. de Oblivione Constantini. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1515, in fol.

De Diætis universalibus & particularibus libri II, hoc est, De victus salubris ratione, & alimentorum facultatibus, quinque Tractatus. Superiori sæculo ex Arabica lingua in Latinam conversi, nunc vero opera *Ioannis Posthii Germershemii* sedulo castigati, & in lucem editi. Basileæ, apud Sixtum Henric-Petri, 1571, in 4: 1577, in 8. Antverpiæ, apud Bellerum, 1608, in 8.

De Febribus liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 118, 130.

ISAACI CASAVBONI

Animadversionum in Athenæi Dipnosophistas libri XV. Opus præclarum, quo non solum Athenæi libri quindecim κατὰ πόδα recen-

recenſentur, illuſtrantur, emendantur: verum etiam multorum aliorum ſcriptorum loci multi qua explicantur, qua corriguntur. Heidelbergæ, apud Commelinum, 1597, in fol. apud Chouëtum, 1600, in fol. Lugduni, apud Viduam Ant. de Harſy, & Petrum Rauaud, 1621, in fol.

ISAACI IOVBERTI

Interpretatio dictionum D. Guidonis de Cauliaco, cum figuris inſtrumentorum Chirurgicorum in ejus opere memoratorum: mutuatis utplurimum ex operibus Domini Paræi. Extat cum Chirurgia magna Guidonis à patre Laur. Iouberto reſtituta. Lugduni, apud Simph. Beraud, & Steph. Michaelem, 1585, in 8.

ISAACI SCHALLER

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Francof. apud Henningum Groſſium, 1604, in 4. & in illo volumine quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ISOARDI GVIGONII

Autopſiomma: cum ejuſdem Oculi actionibus, & utilitatibus. Taurini, apud F F. de Cavaleriis, 1629, in 4.

ISRAELIS HARVETI, *Aurelianenſis*

Demonſtratio veritatis doctrinæ Chymicæ. Adverſus Ioan. Riolani Comparationem veteris Medicinæ cum nova, Hippocraticæ cum Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1605, in 8.

ISRAELIS SPACHII, *Argentinenſis*

Nomenclator Scriptorum Medicorum: hoc eſt, Elenchus eorum, qui artem Medicam ſuis ſcriptis illuſtrarunt, ſecundum locos communes ipſius Medicinæ. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1591, in 8.

IVLII ALEXANDRINI, *à Neuſtain*

De Medicina, & Medico, Dialogus, libris quinque diſtinctus. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1557, in 4.

Salubrium, ſive de ſanitate tuenda, libri triginta tres. Coloniæ, apud Gervinum Colenium, 1575, in fol.

In Galeni præcipua ſcripta Annotationes, quæ Commentariorum loco eſſe poſſunt. Acceſſit trita illa de Theriaca quæſtio. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in fol.

Pædotrophia. Carmine. Tiguri, apnd Froſchoverum, 1559, in 8.

Antargenterica pro Galeno. Venetiis, apud Zalberium, 1552, in 4.

Antargentericorum ſuorum adverſus Galeni calumniatores defenſio. Venetiis, apud Zalberium, 1564, in 4.

Epiſtola Apologetica ad Remb. Dodonęum. Francof. apud Wechelos, 1584, in 8.

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum de Animadverſionibus

nibus quibusdam in Galenum: De expurgatione vomicæ pulmonis: De Autore libri, de Theriaca ad Pisonem. Extat lib. I Epist. Matth. pag. 20.

Epistola ad Andream Camutium, qua agitur de quatuor dubiis: I, An in intermittente tertiana altera die sanguis mittendus. II, An sanguis in bilioso maxime abundet. III, An in declinatione ratione imminentis alterius morbi, mori quis possit. IV, An piper ad jecur perveniat. Extant cum Andr. Camutii Excussione præcipui morbi nempe Cordis palpitationis Maximiliani II, Cæsaris. Florentiæ, apud Georg. Marescottum, 1580, in 4.

Enantiomatωn sexaginta quatuor Galeni liber. Item Galeni Encomium. Venetiis, apud Zalberium, 1548, in 8.

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IVLII CÆSARIS ARANTII, *Bononiensis*

De Humano Fœtu liber. Ejusdem Anatomicarum Observationum liber. Ac de Tumoribus secundum locos affectos liber. Venetiis, apud Barthol. Carampellum, 1595, in 4. apud Iac. Brechtanum, 1587, in 4. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1579, in 8. de Humano fœtu liber, opera *Laur. Scholzii* seorsim prodiit.

In Hippocratis librum de Vulneribus capitis Commentarius brevis, ex ejusdem lectionibus collectus, per *Claudium Porralium Lugdunensem*, una cum ejusdem Annotatiunculis marginalibus. Lugduni, apud Ludov. Cloquemin, 1579, in 8.

Consilia & Epistolæ Medicæ extant eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IVLII CÆSARIS BARICELLI, *à S. Marco*

De Hydronosa Natura, sive sudore humani corporis libri quatuor. In quibus non solum de origine, differentiis, & præsagio: verum atque de usu, apparatu, & curatione sudorum differitur. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, 1614, in 4.

Hortulus genialis: sive Arcanorum valde admirabilium tam in arte Medica, quam reliqua Philosophia, Compendium, curiosis Naturæ scrutatoribus lectu tam utile, quam jucundum. Coloniæ, apud Matth. Smitz, 1620, in 12.

IVLII CÆSARIS BVLENGERI

De Conviviis libri quatuor. Lugduni, apud Ludov. Prost, 1627, in 8.

IVLII CÆSARIS CLAVDINI, *Bononiensis*

De Ingressu ad infirmos libri duo. In quibus Medici omne, ex tempore Medicinam facturi munus, sive per se curet, sive cum aliis de curando consultet, accuratissime, tanquam in tabula, delineatum

neatum continetur. Accessit Appendix de Remediis generosioribus. Adjecta est coronidis loco Quæstio philosophico-medica de sede principum facultatum. Bononiæ, apud Ioan. Bapt. Bellagambam, 1612, in 4.

Tractatus de Natura & usu Lactis & Seri. Thermarum, Lutorum. Fovearum, Stuffarum. Guajaci ligni. Sassafras. Salsæ Parilliæ. Chinæ radicis. Vini medicati. Chalybis. Stillicidiorum. Balnei aquæ dulcis tepidi. Medicamentorum ex Viperis. Collegit hos *Iosephus Lautenbachius*, ediditque cum Consiliis Medicinalibus præstantiss. Italiæ Medicorum, & Antonii Mariæ Venusti. Francof. apud Wolfgangum Richterum, 1605, in 4.

Responsionum & Consultationum medicinalium tomus. Venetiis, apud Societatem, 1606, in fol. Francof. apud Lazar. Zetznerum, 1607, in 8.

De Crisibus & Diebus Criticis tractatus: in quo cum de cæteris omnibus, quæ ad horum pertinent cognitionem, tum de caussis præcipue, accurate juxta, & ordine differitur. Bononiæ, apud Barthol. Cochium, 1612, in fol. Basileæ, apud Ioa. Iac. Genathium, 1620, in 8.

De Catarrho tractatus. In quo, quæcunque ad mali hujus, sive cognitionem, sive curationem pertinent, exacte juxta, & breviter enodantur. Bononiæ, apud Victorium Benatium, 1612, in f.

Consilium de Gonagra & Podagra, extat eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 319.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

Commentarii in Hippocratis librum de Insomniis: adjecto textu latine, ab eodem converso. Lugduni, apud Gryphium, 1538, in fol. apud Antonium Vincentium, 1561, in fol. cum libris Poëtices.

Commentarii, & Animadversiones in sex libros de Causis Plantarum Theophrasti. Genevæ, apud Ioan. Crispinum, 1566, in fol. Lugduni, apud Anton. de Harsy, 1586, in fol.

Animadversiones in Historias Theophrasti. Lugduni, apud Ioan. Iac. Iuntæ F. 1584, in 8. Cum Roberti Constantini ad eosdem Annotationibus.

In libros de Plantis Aristoteli inscriptos, Commentarii. Lutetiæ, apud Michaelem Vascosanum, 1556, in 8. Lugduni, apud Gul. Rouillium, 1566, in fol.

Aristotelis Historia de Animalibus. Iul. Cæs. Scal. interprete, cum ejusdem Commentariis. *Philippus Iacobus Maussacus Consil. Regius* ex Bibliotheca paterna opus à multis abhinc annis expetitum primus vulgavit, & restituit, additis Prolegomenis & Animadversionibus. Accedit Fragmentum quod Decimus historiarum inscribitur, multo quam antea emendatius & auctius. Tolosæ, apud Raymundum Colomerium, 1619, in fol.

Commen-

Commentarii in Aristotelis librum, qui Decimus historiarum inscribitur. Lugduni, apud Ant. de Harsy, 1584, in 8.

De Subtilitate libri viginti unus. Basileæ, apud Henricum Petri, 1560, in fol. Lutetiæ, apud Michaelem Vascosanum, 1557, in 4.

Disputatio de partu cujusdam infantulæ agennensis, An sit septimestris an novem mensium? Extat Operum Iacobi Sylvii parte VI. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Chouët, 1630, in fol.

IVLII CASSERII, *Placentini*

Pentæsthesеion, hoc est, de Quinque Sensibus Liber, Organorum fabricam variis iconibus fideliter ære incisis illustratam, nec non actionem & usum, discursu Anatomico & Philosophico accurate explicata continens. Venetiis, apud Nicol. Misserinum, 1609, in regali fol. Francof. apud hæredes Bassæi, 1609, in fol.

De Vocis Auditusque Organis Historia Anatomica, singulari fide, methodo, ac industria concinnata, tractatibus duobus explicata, ac variis iconibus ære excusis illustrata. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1600, in regali fol.

Tabulæ Anatomicæ LXXVIII, omnes novæ nec antehac visæ. *Daniel Bucretius Vratislaviensis* XX, quæ deerant supplevit & omnium explicationes addidit. Venetiis, apud Euangelistam Deuchinum, 1627, in fol. cum Adriani Spigelii Anatomia.

IVLII CINI, *Colensis*

Epistola Apologetica contra Vincentium Cibum Fulginatem Medicum Clariss. De Erroribus in cura Tertianæ commissis, unde æger mortuus est. Extat tomo I Epistol. Horatii Augenii, lib. IX, Epist. II, pag. 209, edit. Francofurtensis.

IVLII DELPHINI, *Ticinensis*

In III Galeni artis Medicinalis librum Explanatio. Ejusdem de ratione medicamentorum præscribendorum liber. Venetiis, apud Ioa. Franc. Camotium, 1557, in 4.

Quæstiones medicinales. Quarum I, De Thermarum usu. II, De Cauteriis. III, De quatuor morborum temporibus. IV, Quonam pacto trahatur humor à medicamento, & nutrimentum à membro. V, De Febri hectica. VI, De Spiritibus. VII, De Influxibus cælestibus. VIII, De Facultatibus principibus animæ. Venetiis, apud Ioan. Franc. Camotium, 1559, in 8.

Consilium quod una cum Ioan. Andrea Cellanova, & Bernardino Paterno illustriss. viro Ferdinando Gonzagæ de Luto, quod est apud aquas Statiellorum, Aquenses vulgo nominant, dedit. Extat pag. 303 Operis Veneti de Balneis.

IVLII GVASTAVINII, *Genuensis*

Locorum de Medicina selectorum liber. Lugduni, apud Horat. Cardon, 1616, in 4.

Locorum de Medicina selectorum liber alter. Florentiæ, apud Sermartellium, 1625, in 4.

Commentarii in priores decem Aristotelis Problematum sectiones. Lugduni, apud Horat. Cardon, 1608, in fol.

IVLII PALAMEDIS, *Adriensis*

Index in Avicennæ libros nuper Venetiis editos. Qui sane novo quodam ordine commoditatis & utilitatis pleno, adeo contextus est, ut nihil fere melius desiderari queat. Nam præterquam quod dicta omnia, sententiasque auctoris, toto sparsas opere, per ipsum facile licet intueri, illud etiam animadversum est, ut non tantum Simplicia medicamenta cujus sint qualitatis, uno intuitu pateant: sed quæ tum Simplicia, tum Composita, singulis humani corporis affectibus subveniant, diligentissime collecta, suisque locis inserta, conspiciantur, ut facilimum sit unicuique ea, quæ in rem suam faciunt, seligere atque adhibere. Venetiis, apud Iuntas, 1557, in fol.

IVLII PALMARII, *Constantini*

De Morbis Contagiosis libri septem. Lutetię, apud Dionys. du Val, 1578, in 4. Francof. apud Claud. Marnium, 1601, in 8.

IVLII POLLVCIS, *Naucratitæ*

De Agricultura, sive de Re rustica liber. Regii, apud Bartholom. Bruschium, 1482, in fol. apud Franc. Mazalum, 1498, in fol. Lutetiæ, apud Ioan. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533. in fol. Coloniæ, apud Ioan. Gymnicum, 1536, in 8. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1543, in 8. cum aliis ejusdem argumenti. Lugduni Batavorum, apud Christoph. Raphelengium, 1598, in 8. post ultimam A. Popmæ editionem centum amplius locis auctus correctusque, studio & opera *Joannis Meursii.* Item Fragmenta ejusdem Scriptoris, ab A. Popma diligenter collecta & restituta.

MARCI PROCERI

Discussio ineptæ defensionis cujusdam Ioan. Bapt. Donatii Lucensis, editæ adversus Leonardum Botallum Medicum Regium. Accessit Prætoris Lugdunensis & supremi Senatus Parisiensis Decretum adversus eundem Donatium. Vna cum Epistola

Ioannis Bruti, & Historia Iacobi Doynæi ex quibus totius controversiæ ratio & progressus cognosci potest. Parisiis, apud Ioan. Foucherium, 1567, in 8.

MARIÆ *Prophetissæ*

Practica lapidis philosophici, extat Artis auriferæ volumine primo. *Vide* Autorum Chemicorum variorum.

MARCI TERENTII VARRONIS

De Re Rustica liber. Regii, apud Barthol. Bruschium, 1482, in fol. apud Franc. Mazalum, 1498, in fol. Lutetiæ, apud Ioan. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533, in fol. Coloniæ, apud Ioan. Gymnicum, 1536, in 8. Parisiis, apud Rob. Stephanum, 1543, in 8. cum aliis ejusdem argumenti. Amstelodami, apud Ioan. Iansonium, 1623, in 8. cum Notis Ios. Scaligeri, Adriani Turnebi, Petri Victorii, & Antonii Augustini.

MARCI WIDEMANNI

De Malitiosa Scarificatione Epistolæ binæ, extant cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV posterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

MARCI WOLFHARDI

De Inflatione & hydrope Vteri Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. lib. IV posterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

Delineatio aliquot Quæstionum, quæ hodierno die in Medicorum scholis pro & contra disputari solent. Tubingæ, apud Alex. Cellium, 1621, in 4.

MARIANI SANCTI, *Barolitani*

Commentaria in Avicennæ textum de Apostematibus calidis: de contusione, & attritione: de casu & offensione: de calvariæ curatione. Ejusdem Mariani Compendium in chirurgia. Libellus de lapide renum. Libellus aureus de lapide vesicæ per incisionem extrahendo. Libellus de quidditatibus, de modo examinandi medicos chirurgos. Oratio de Medicinæ laudibus. Venetiis, apud hæredes Lucæ Anton. Iuntæ, 1543, in 4.

De lapide renum opusculum. Ejusdem de lapide vesicæ per incisionem extrahendo libellus. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1540, in 4.

De ardore urinæ, & difficultate urinandi libellus. Venetiis, apud Ioan. Gryphium, 1558, in 8.

MARII ZVCCARI, *Neapolitani*

Hippocratis Epidemialium Observationum pars prima. Quatuor contenta languentibus. In qua nedum Praxis methodica, cum auxiliis legitur, sed etiam multæ quæstiones Philosophis ac Medicis utilissimæ, proponuntur. Venetiis, apud Sessas, 1621, in 4.

De Morbis Puerorum tractatus. Neapoli, apud Ioan. Bapt. Subtilem, 1604, in 4.

MARINI BROCARDI, *Veneti*

De Morbo Gallico tractatus. Extat tomo II Operis de Morbo Gallico, pag. 9.

MARSILII CAGNATI, *Veronensis*

De Sanitate tuenda libri duo. Primus de Continentia, alter de Arte Gymnastica. In primo recensitis antiquorum opinionibus in cibi potusque usu, tempore, & mensura disseritur quisnam modus in hoc tempore servandus. In secundo ostenduntur varia exercitationum genera, ac de ipsarum utilitate, & balneorum usu pertractatur. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1605, in 4. Romæ, apud Bernardinum Donangelum, 1591, in 4.

Opuscula varia. Romę, apud Aloysium Zannettũ, 1603, in 4.

Sunt autem hæc:

De Tiberis inundatione medica disputatio.

Epidemia Romana, disputatio scilicet de illa populari ægritudine, quæ anno 1591, & de altera, quæ anno 1593, in urbem Romam invasit.

De Romani aëris salubritate.

De Vrbana febres curandi ratione Commentarius apologeticus.

De Morte causa partus.

De Ligno sancto disputationes binæ.

Ex quinto libro Variarum Observationum nomina hæc parum nota enarrantur Pharmacopola, Aromatarius, Seplasiarius, Ropopola, Catholicus, Vnguentarius.

Variarum Observationum libri quatuor, quorum duo posteriores nunc primum accessere. Ejusdem Disputatio de Ordine in cibis servando. Romæ, apud Bernardinum Donangelum, 1587, in 8.

In Hippocratis Aphorismorum secundæ sectionis vicesimum quartum Commentarius. Romæ, apud Ascanium & Hieronymum Donangelos, 1591, in 4.

Enarrationum liber. Romæ, apud Georgium Ferrarium, 1581, in 8.

MARSILII FICINI, *Florentini*

De Vita libri tres. Quorum primus de studiosorum sanitate tuenda. Secundus, de Vita producenda. Tertius, de Vita cœlitus comparanda. Ejusdem Apologia. Accessit Epidemiarum Antidotus, tutelam quoque bonæ valetudinis continens. Lugduni, apud Gul. Rouillium, 1567, in 16. apud Ioan. Lepreux, 1595, in 16. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1538, in 8. apud Cratandri hæredes, 1549, in 8. Huic editioni præter præcedentia insunt: De ratione victus salubris, Gul. Insulano Menapio, Grevibrugensi. De Victus & medicinæ ratione, quum alio, tum pestilentiæ tempore observanda Commentarius, auctore Ioan. Guintherio Antoniaceno. Extant quoque hæc Operum Autoris tomo I, pag. 493, 576, edit. Basileæ, apud Henricum Petri, 1561, in fol.

Tractatus

Tractatus de Epidemiæ morbo. Augustæ Vindel. apud Sigismundum Grim, 1518, in 4.

Oratio de Laudibus Medicinæ. Extat Operum ejus tomo 1, pag. 759.

MARSILII de S. SOPHIA, *Patavini*

Tractatus de Febribus super prima Fen quarti Avicennæ: una cum cura omnium accidentium febrium, quæ uni à capite usque ad pedes practicæ æquipollet. Lugduni, apud Franc. Fradin, 1507, in 8. apud Iacobum Myt, 1517, in 4. cum aliis ejusdem argumenti.

MARTIANI

Sales Theriaci extant apud Aëtium Amidenum, tetrab. 4, serm. 1, cap. 97.

MARTINI AKAKIÆ, *Catalaunensis*

Cl. Galeni Pergameni Ars Medica: quæ & Ars parva. Mart. Akakia interprete & enarratore. Lugduni, apud Guliel. Rouillium, 1548, in 16. Venetiis, apud Felicem Valgrisium, 1587, in 8.

Cl. Galeni Pergameni de ratione curandi ad Glauconem libri duo. Mart. Akakia interprete. Commentarii ejusdem in eosdem libros. Lugduni, apud Guliel. Rouillium, 1551, in 16.

De Morbis muliebribus libri duo. Extant in Gynæciorum libris ab *Isr. Spachio* editis, pag. 745.

Synopsis eorum quæ quinque prioribus libris Galeni de Facultatibus simplicium medicamentorum continentur. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1555, in 8.

Consilia Medica extant eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

MARTINI BIERMANNI

Ἔξίτηλος de Magicis actionibus, sententiæ Ioh. Bodini opposita. Extat cum Tobiæ Tandleri Dissertationibus Physicis-Medicis. Witebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1613, in 8.

MARTINI BLOCHWITII, *Oschaliensis*

Anatomia Sambuci, quæ non solum Sambucum, & hujusdem Medicamenta singularia delineat, verum quoque plurimorum affectuum, ex una fere sola Sambuco curationes breves, rarioribus exemplis, historiis, & Medicamentis specificis non paucis illustratas exhibet. Lipsiæ, apud Gothofredū Grosiū, 1631, in 12.

MARTINI CHMIELECII

Epistolæ binæ Medicæ extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonē Halbmayerum, 1625, in 4.

MARTINI CUNEÆ

De Entelechia Spiritus liber. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1543, in 4.

MAR-

MARTINI HENRICI, *Sangallensis*

Pulcerrimarum Quæstionum Medicarum Tomus primus. Accessit de Diabete Consilium. Papiæ, apud Bartolum & Sonanum, 1567, in 4.

MARTINI HESSI, *Friccenhausani*

De appetentia canina Disputatio. Extat Decade II Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1619, in 4.

MARTINI PANSÆ

Aureus libellus de proroganda vita, in quo causæ longioris ac brevioris vitæ exquisite describuntur, & quanam diæta, quibusque medicamentis tam vulgaribus, quam pretiosis & arcanis vita longa sit comparanda, evidentissime ac fidelissime monstratur. In duas partes, Theoreticam & Practicam generalem distinctus. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1615, in 8.

Aurei libelli de Proroganda vita Hominis, Pars tertia Theoretica specialis. In qua specialius & accuratius de diversarum Complexionum, Ætatum, sexuumque vita per quatuor anni tempora. De Macrorum & pinguium, peregrinantium, Magnatum; convalescentium, valetudinariorum, &c. vita ulterius provehenda, subsidiisque specialibus diæteticis salubriter regenda: De Morbis denique vulgatis, literatorum maxime, per certa signa mature cognoscendis, præcavendis, avertendis: Deque partibus principalioribus diutissime præmuniendis agitur. Lipsiæ, apud eundem, 1616, in 8.

Aurei libelli de Proroganda vita Hominis Pars quarta, & ultima, Specialis Practica. In qua speciatim de diversarum Complexionum, Ætatum, sexuumque vita. De Macrorum & pinguium, peregrinantium, Magnatum, convalescentium, valetudinariorum, &c. vita ulterius producenda, & præsidiis medicamentorum stabilenda. De morborum primariorum forsan irrepentium matura & felici curatione instituenda. De partium denique principaliorum robore, per selectissima & secreta præsidia conservando, tractatur. Lipsiæ, apud eundem, 1620, in 8.

MARTINI POLICHII, *Mellerstadii*

Responsio in superadditos errores Simonis Pistoris de Malo Franco. Lipsiæ, apud Marcum Brandt, 1501, in 4.

MARTINI RVLANDI, *Frisingensis*

Hydriatice. Aquarum medicarum sectiones quatuor. Dilingæ, apud Sebald. Mayer, 1568, in 8. Prima sectio continet rationem curandi totius corporis morbos (qui ordine alphabeti enumerantur) per Aquas dulces, Acidas, & Thermas. Secunda, Species, ac vires aquarum secundum genus. Tertia, Nomina, loca, & vires aquarum vel Balnearum in specie ad alphabeti seriem digestarum. Quarta, Aphorismos de præparatione ad balneas, tempore, ingressu, victu, somno, symptomatis horumque curatione, & aliis.

Balnea-

Balnearium restauratum, in quo curantur morbi tam externi, quam interni per balneas naturales, artificiales, insessus, lixivia, sudationes; itemque per Scarificationes, ac Phlebotomias, distinctum in libros tres. Basileæ, apud Henricum Petri, 1625, in 8.

Thesaurus Rulandinus: hoc est, Curationes empiricæ; quæ antea in decem centurias dissectæ prodierunt, nunc vero in compendiosum ordinem secundum partium corporis seriem redactæ, lucem aspiciunt. Accesserunt hisce, ejusdem alii tractatus tres: I, de Phlebotomia. II, de Sacrificatione, & Ventosatione. III, Oratio de ortu animæ. Opera *Johannis Scretæ & Georgii Sporlini* edita omnia. Basileæ, apud Henricum Petri, 1628, in 8.

Tractatus tres. I, de Phlebotomia. II, de Sacrificatione, & Ventosatione. III, Oratio de ortu animæ. Præfixa est hisce Præfatio *Martini Rulandi F.* ubi quæstio illa; utrum in omni pleuritide vena dextri cubiti sit secanda? excutitur. Basileæ, apud Henr. Petri, 1627, in 8.

De Phlebotomia: morbisque per eam curandis. Libellus sic antea nunquam editus. Argentorati, apud Iosiam Rihelium, 1567, in 12.

De Sacrificatione, ac Ventosatione, morbisque per eam curandis. Libellus recens, perutilis atq; brevis. Ibidem, 1567, in 12.

Progymnasmata Alchemiæ, sive Problemata chymica, nonaginta & una quæstionibus dilucidata: cum Lapidis philosophici vera conficiendi ratione. Francof. apud Palthenium, 1607, in 8.

Lexicon Alchemiæ, sive Dictionarium Alchemisticum, cum obscuriorum Verborum, & rerum Hermeticarum, tum Theophrast-Paracelsicarum Phrasium, planam Explicationem continens. Francof. apud Zachariam Palthenium, 1612, in 4.

Medicina Practica recens & nova, continens omnes totius humani corporis morbos, per alphabeticum ordinem collectos: quibus καθ' ἕκαστον sunt addita Medicamenta omnia Composita τὰ δ' εὐπόριστα, & quæ ubique locorum hodie in Pharmacopœis, seu Apothecis semper extant parata. Cum certa Compositionum omnium Dosi sub finem appensa. Hanoviæ, apud Guliel. Antonium, 1610, in 12. Argentinæ, apud Ios. Rihelium, 1564, in 8.

Appendix de Dosibus, seu justa quantitate ac proportione medicamentorum Compositorum omnium, quæ hodie Officinis parata extant: summa cum fide & accurato judicio alphabeti ordine conscripta. Argentorati, apud Rihelium, 1567, in 12.

Curationum Empiricarum & historicarum, in certis locis & notis personis expertarum, & rite probatarum Centuriæ X. Basileæ, apud Henricum Petri, 1539, 1595, 1596. seorsim omnes in 24, editæ. conjunctim vero Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1618, in 8. Adjuncta est de novo ejusdem Autoris Medicina Practica.

MAR-

MARTINI RVLANDI F. *Ratisponensis*

De perniciosæ Luis Vngaricæ tecmarsi & curatione tractatus. Historicis curis, atque observationibus triginta, nec non quæstionibus aliquot homogeneis locupletatus. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1600, in 8. Lipsiæ, apud Iacobum Apelium, 1610, in 8. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1628, in 8. Quibus adjuncta de novo Autoris Medicina Practica.

Nova & in omni memoria omnino inaudita historia de aureo dente, qui nuper in Silesia puero cuidam septenni succrevisse magna omnium admiratione animadversus est: & ejusdem de eodem judicium. Francof. apud Petrum Kopffium, 1595, in 4.

Problematum Medico-Physicorum liber unus. Francof. apud Palthenium, 1608, in 8.

Problematum Medico-Physicorum pars secunda. Ibidem, apud Palthenium, 1608, in 8.

Alexicacus chymiatricus: puris putis mendaciis, atque calumniis atrocissimis Ioannis Oberndorferi, quibus Larvatus ille Medicus, Apologiam suam Chymico-Medicam practicam nequissimo ausu injuriosissime consarcinavit, oppositus. Francof. apud Palthenium, 1611, in 4.

MARTINI STEINPEIS

De modo studendi seu legendi in Medicina libri septem. Ejusdem Antidotale præservationis, cum additionibus in epidemicum morbum, ob plurimorum utriusque sexus commoditatem, ex canonibus medicinalibus. Viennæ, 1520, in 4.

MARTINI WINRICHII, *Vratislaviensis*

Commentarius de Monstris, in quo essentia, differentiæ, causæ, & affectiones mirabilium animalium explicantur. Vratislaviæ, apud Henr. Osthusium, 1595, in 8.

MATAMORI, *Hispani*

De Febrium differentiis, causis, signis, & curatione. Valentiæ, ex officina nova, 1632, in fol.

MATERNI KOHLERI

Epistolæ binæ de Acidulis Schwalbacensibus, extant cum Responsis Medicis quę edidit Helvicus Dietericus. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 40.

MATTHÆI CLAVSS, *Ochsenhausani*

De rebus salubribus, insalubribus, & neutris Disputatio. Extat Decade IV Disputat. quas collegit & edidit Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

MATTHÆI BENDINELLI

De Balneis Lucensibus Villæ, & Corsennæ, Tractatus. Extat pag. 146 Operis Veneti de Balneis.

MATTHÆI CATOSII

Chronosophia, sive disputatio de quatuor anni temporibus, eorumque natura, & temperamentis, adversus placitum Aristotelis,

lis, Philosophorum, & Medicorum omnium. Venetiis, apud Societatem, 1603, in 4.

MATTHÆI CVRTII, *Ticinensis*

In Mundini Anatomen Explicatio. Papiæ, apud Franc. Moschenum, 1550, in 8. Lugduni, apud Pagamum, 1551, in 8.

De Curandis febribus Ars medica. Venetiis, apud Franc. Portonarium, 1561, in 8. Patavii, apud Mejettum, 1521, in 4. cum Vidi Vidii libris septem de Febribus, & Lud. Mercati de Febre maligna tractatu.

De Venæsectione quum in aliis affectibus tum vel maxime in Pleuritide. Venetiis, apud Melchiorem Sessam, 1539, in 16. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1538, in 8. Bononiæ, apud Ioan. Bapt. Phaellum, 1539, in 4.

Methodus dosandi ad tyrunculos. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Ioan. Mareschallum, 1584, in 8.

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

MATTHÆI DRESSERI, *Erphordiensis*

De partibus humani corporis, & animæ, ejusque potentiis libri duo. Adjectę sunt ad finem morborum & medicamentorum communissimorum appellationes. Lipsiæ, apud Iacobum Apelium, 1607, in 8. Witebergæ, apud hæredes Ioan. Cratonis, 1581, in 8. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1584, in 8.

MATTHÆI GWYN

Aurum non aurum sive in Assertorem Chymicæ, sed veræ medicinæ desertorem Fra. Antonium Adversaria. Antverpiæ, apud Hier. Verdussen, 1613, in 4.

MATTHÆI MARTINI

De Morbis Mesenterii abstrusioribus. In scholis medicorum hactenus prætermissis, nec scriptis veterum illustratis. Item affectionum hypochondriacarum, prioribus quodammodo affinium, historia & curatio. Lipsiæ, apud Casp. Closemannum, 1630, in 8.

De Scorbuto Commentatio, tribus positionum Centuriis comprehensa. Extat cum Dan. Sennerti de Scorbuto tractatu. Witebergæ, apud Zach. Schurerum, 1624, in 8.

MATTHÆI RATZENBERGER

Consilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4. & in eo volumine quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

MATTHÆI SYLVATICI, *Mantuani*

Opus Pandectarum Medicinæ: quo auctor vocabula obscura innumera, quæ ad medicinam, & medicamenta Græca, Arabica,

bica, Latina, Barbara, ex omni genere antiquorum medicorum congesta, explicat. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol. apud Simonem de Luere, 1511, in fol. Taurini, apud Anton. Ranotum, 1526, in fol. Lugduni, apud Iac. Gjuntam, 1541, in fol. cum Adnotationibus *Simonis Genuensis, & Dominici Martini de Sospitello*: & tract. declarante quantum ex solutivis laboriosis ingrediatur pro singula drachma pilularum & electuariorum solutivorum.

MATTHÆI VECHNERI, *Fraustadiensis*

Ἀνακεφαλαίωσις τυπικὴ Therapeutices catholicæ, Naturæ ἐνδείξει ad archetypum Panaceæ & Hygieæ Alexicacæ conformata, & thesibus comprehensa. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1612, in 4.

MATTHÆI VICECOMITIS, *Mediolanensis*

Regimen contra pestem. Venetiis, 1535, in 8.

MATTHÆOLI, *Perusini*

Artis memorativæ, seu de præceptis artificialibus, & regulis medicinalibus ad augendam memoriam, tractatus. Argentorati, apud Martinum Schottum, 1498, in 4.

MATTHIÆ CORNACIS *à Medla*

Historia quinquennis fere gestationis in utero, & quomodo infans semiputridus resecta alvo exemtus sit, & mater curata evaserit. Viennæ, apud Ioannem Carbonem, 1550, in 4.

Medicæ consultationis apud ægrotos secundum artem & experientiam salubriter instituendæ enchiridion, libellus unus pro multis. Adjectæ sunt & historiæ aliquot Gestationis in utero fœtus mortui, &c. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1564, in 8.

MATTHIÆ FLACII

Themata de Concoctione & Cruditate. Rostochii, apud Myliandrum, 1594, in 8.

Disputationes partim Physicæ partim Medicæ, in Academia Rostochiana propositæ. Rostochii, apud Stephanum Myliandrum, 1602, in 8.

Commentariorum de Vita & morte libri quatuor. In quibus ea, quæ ejusdem argumenti ab Aristotele & Galeno, cæterisque tum Philosophis, tum Medicis brevius sparsim obscuriusque tradita sunt, expeditiori methodo copiosius explicantur. Francof. apud Christoph. Corvinum, 1584, in 4.

MATTHIÆ de l'OBEL, *Insulani*

Plantarum, seu Stirpium historia, cui annexum Adversariorum volumen. Londini, apud Arnoldum Hatfield, 1572, in fol. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1576, in fol.

In G. Rondeletii Methodicam Pharmaceuticam officinam Animadversiones, quibus depravata & mutilata ex autoris mente corriguntur, & restaurantur. Accesserunt Auctaria in Antidotaria vulgata Censuræ benevolæ, & dilucidæ simplicium medicamentorum Explicationes, Adversariorumque volumen, eorumque

 pars

pars altera & Illustramenta, quibus ambigua enodantur. Cum *Ludovici Myrei* Paragraphis utilissimis. Londini, apud Thomam Purfootium, 1605, in fol.

Balsami, Opobalsami, Carpobalsami, & Xylobalsami, cum suo Cortice explanatio. Londini, apud Arnoldum Hatfield, 1598, in 4.

MATTHIÆ LVDOVICI GLANDORP, *Coloniensis*

Speculum Chirurgorum, in quo quid in unoquoque vulnere faciendum, quidve omittendum, præmissa partis affectę anatomica explicatione, observationibusque ad unumquodque vulnus pertinentibus adjunctis, conspicitur ac pertractatur. Bremæ, apud Thomam Villerianum, 1619, in 8.

Tractatus de Polypo Narium affectu gravissimo, observationibus illustratus. Bremæ, apud Wesselium, 1628, in 4.

Methodus medendæ Paronychiæ. Cui accessit Decas observationum. Bremæ, apud Villerianum, 1623, in 8.

Gazophylacium Polyplusium Fonticulorum & Setonum reseratum. E quo variæ illorum dotes, loca, instrumenta, modi infigendi diversi, conservandique depromuntur, simulque quatuor tabulis non minus necessariis quam utilissimis æri insculptis in medicorum & chirurgorum gratiam explicantur. Bremæ, apud Villerium, 1632, in 4.

MATTHIÆ NARVATII, *Curvæquerci*

Sylva sententiarum ad chirurgiam pertinentium ex libris Hippocratis in studiosorum gratiam desumta, & nova quædam instrumentorum genera, quorum usus in curandis capitis vulneribus necessarius. Antverpiæ, apud Theodorum Lindanum, 1576, in 8.

MATTHIÆ STOJI

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

MATTHIÆ THEODORI MELANELII, *Antverpiensis*

De Melancholia, sive atræ bilus Morbo ex Galeni, Ruffi, & Aëtii Sicanii voluminibus collectanea; una cum Stephani Medici, cognomento Magistri, exquisitissimo oculari collyrio, nunc primum Latine edito. Antverpiæ, apud Anton. Dumæum, 1540, in 4.

MATTHIÆ VNTZERI

Tractatus Medico-Chymici septem, ut de Sale, Sulphure, Mercurio, Nephritide seu Renum Calculo, duplices de Peste, & Epilepsia. Hactenus seorsim excusi, in unum jam volumen redacti, & multis in locis ab ipso Auctore aucti. Halæ-Saxonum, apud Melchiorem Oelschlegelium, 1634, in 4.

De Sulphure tractatus Medico-chymicus. Halæ-Saxonnm, apud Michael. Oelschlegelium, 1620, in 4.

Anatomia

Anatomia Mercurii ſpagirica. Seu de Hydrargyri natura, proprietate, viribus, atque uſu libri duo, vario doctrinarum genere referti. Halæ-Saxonum, apud Michaelem Oelſchlegelium, 1620, in 4.

De Nephritide ſeu Renum calculo florilegium Medicochymicum in duos libros tributum: quorum prior, veram eſſentiam ac naturam Nephritidis, ejuſque cauſas, differentias, ſigna, prognoſtica, nec non prophylaxin ac therapeiam, methodice ac nervoſe explicat: poſterior vero, omnis generis medicamenta, ex Vegetabilium, Animalium, ac Mineralium claſſe eruta, &c. exhibet. Halæ-Saxonum, apud Ioachimum Kruſiken, 1614, in 4.

Κάτοπτρον λοιμῶδες. hoc eſt, de Lue peſtifera libri tres. Variis, cum Veterum, tum Recentium Medicorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, ac Chymicorum doctrinis, Obſervationibus Exemplis, atque Remediis illuſtrati. Halæ-Saxonum, apud Chriſtoph. Biſmarcum, 1615, in 4.

Ἱερονοσολογία Chymiatrica. hoc eſt, Epilepſiæ ſeu Morbi Sacri, accuratiſſima, juxta Hippocratico-Galenica atque Hermetica principia, deſcriptio, ejuſdemque per Remedia elegantiſſima, ac probatiſſima cum Dogmaticorum, tum Chymicorum, methodica Curatio. Duobus libris comprehenſa. Halæ-Saxonum, apud Barthol. Vogtium, 1616, in 4.

Antidotarium Peſtilentiale in duos libros tributum. Halæ-Saxonum, apud Mich. Oelſchlegelium, 1621, in 4.

MATTHIÆ ZEISII, *Marchiaci*

De cauſis & periodis peſtilentium morborum. Francof. apud Frider. Hartman, 1598, in 4.

MATVRINI MONTANI, *Petragorici*

Genialium dierum commentarii in præclarum Iul. Pauli reſponſum lib. ſept. menſe ff. de ſtatu hominum, in quibus non ſolum varietates temporum humani partus, ſed etiam cauſæ, ex adytis philoſophiæ excerptum, cur ſoleant eſſe partus ad naſcendum variis temporibus perfecti, juſto rerum ordine explicantur. Pariſiis, apud Carolum Guillardum, 1555, in 8.

MAVRICII CORDÆI, *Rhæmi*

Hippocratis Coi, Medicorum Principis, libri prioris de Morbis Mulierum interpretatio & explicatio. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1585, in fol. & in Gynæciorum libris ab *Iſr. Spachio* editis, pag. 492.

Hippocratis libellus *περὶ παρθενιῶν*, hoc eſt, de iis quæ Virginibus accidunt. Ad hoc opuſculum acceſſerunt ejuſdem interpretis annotationes, quarum quædam primæ menſtruorum eruptionis, & periodici eorum fluoris cauſas demonſtat ex Hippocratis & Ariſtotelis doctrina, adverſus Neotericorum quorundam ſententiam. Pariſiis, apud Gabrielem Buon, 1574, in 8.

MAVRITII SCHROTERI

De Fluxu hæmorrhoidali Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 437.

MAVRITII TAVRERI

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

MAVRITII TIRELLI

De Hiſtoria Vini, & Febrium, libri duo. Quorum in primo agitur de Vino ſimpliciter: in Altero vero, de Febribus, in Vini gratiam; demonſtraturque potiſſimum, quibuſlibet febribus, & quolibet tempore propinatum, ſalutare. Venetiis, apud Iac. Scaleam, 1630, in 4.

MAXIMIANI de LVCIO, *Acernenſis*

In librum Galeni de Ptiſſana, Commentaria: cum quæſtione de bonitate aquarum, earundemque natura. Venetiis, apud Iac. Anellum de Maria, 1575, in 8.

MELAMPODIS

Ex Palpitationibus divinatio. Græce. Romæ, 1545, in 4. cum Æliani Variæ hiſtoriæ lib. XIV, & aliorum.

De Nævis. Græce. Ibidem cum iiſdem. & Latine, *Nicolao Petrejo* interprete. Venetiis, 1552, in 8. cum aliis quibuſdam.

MELCHIORIS ADAMI

Vitæ Germanorum Medicorum: qui ſeculo ſuperiori, & quod excurrit, claruerunt: congeſtæ, & ad annum CIↃ IↃC XX deductæ. Heidelbergæ, apud Ionam Roſam, 1620, in 8.

Elenchus Medicorum, quorum heic vitæ habentur, nomina juxta alphabetum recenſens.

A.

Achilles Pirminius Gaſſarus.
Adamus Bodenſtein.
Adamus Lonicerus.
Adolphus Occo.
Adrianus Iunius.
Albanus Torinus.
Andreas Ellingerus.
Andreas Grûndlerus.
Andreas Mirica.
Andreas Planerus.
Andreas Richilus.
Andreas Veſalius.
Antonius Niger.
Auguſtinus Schurfius.

B.

Balthaſar Brunnerus.
Bernhar. Deſs. Cronenburgius.
Bruno Seidelius.
Burchardus Mithobius.

C.

Carolus Cluſius.
Caſpar Nævius.
Caſpar Peucerus.
Conradus Battus.
Conradus Geſnerus.
Cornelius Gemma.

E.

Eraſmus Stella.
Euricius Cordus.

F.

Felix Platerus.
Flaminius Gaſto.

Gemma

G.
Gemma Frisius.
Georgius Agricola.
Georgius Laubius.
Georgius Marius.
Georgius Pysander.
Georgius Sturcius.
Georgius Wirthius.
Gerardus Bontius.
Gervasius Marstallerus.
Gisbertus Longolius.
Gregorius Pictorius.
Guilielmus Copus.
H.
Henricus Brucæus.
Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus Fabricius.
Henricus Munzingerus.
Henricus Smetius.
Henricus Stromerus.
Hermannus Cruserius.
Hieron. Tragus, *vulgo* Bock.
Hieronymus Wildenbergius.
I.
Iacobus Bordingus.
Iacobus Curio.
Iacobus Milichius.
Iacobus Scheckius.
Iacobus Theod. Tabernæmontanus.
Iacobus Zuingerus.
Ianus Cornarius.
Ieremias Thriverus Brachelius.
Ioachimus Camerarius.
Ioachimus Curæus.
Ioachimus Vadianus.
Ioannes Crato à Crafftheim.
Ioannes Echtius.
Ioannes Goropius.
Ioannes Guintherius.
Ioannes Heurnius.
Ioannes Hubertus.
Ioannes Lud. Havenreuterus.
Ioannes Ingolstetterus.
Ioannes Kentmannus.
Ioannes Langius.
Ioannes Megobachus.
Ioannes Moibanus.
Ioannes Munsterus.
Ioannes Nævius.
Ioannes Obsopœus.
Ioannes Pfeil.
Ioannes Posthius.
Ioannes Schenckius.
Ioannes Schrôterus.
Ioannes Sinapius.
Ioannes Straubius.
Ioannes Vischerus.
Ioannes Weinmannus.
Ioannes Wierus.
Iodocus Lucius.
Iodocus Willichius.
L.
Laurentius Gryllus.
Laurentius Scholtzius.
Leonhardus Fuchsius.
Leonhardus Rauwolf.
Levinus Battus.
Levinus Lemnius.
Lubertus Esthius.
Ludovicus Gravius.
M.
Martinus Hunnus.
Martinus Polich. Mellerstadius.
Matthæus Heusslerus.
Melchior Fendius.
Melchior Guilandinus.
Michael Meuerus.
Michael Toxites.
N.
Nicolaus Biesius.
Nicolaus Môglinus.
Nicolaus Taurellus.
O.
Oswaldus Berus.
Otho Brunsfelsius.
P.
Paulus Lutherus.
Paulus Ricius.
Petrus Forestus.
Petrus Lotichius.
Petrus Monavius.

Petrus Pavius.
Petrus Raichſpalt.

R.

Reinerus Solenander.
Rembertus Dodonæus.

S.

Samuel Siderocrates.
Sebaldus Havenreuterus.

T.

Theodoricus Meſchede.
Theodorus Plateanus.
Theodorus Suingerus.
Theophraſtus Paracelſus.
Thomas Eraſtus.

V.

Valerius Cordus.
Victor Giſelinus.
Volcherus Coiterus.

W.

Wernerus Wolflinus.
Wolfgangus Lazius.
Wolfgangus Meurerus.

MELCHIORIS FENDII

Oratio de dignitate & utilitate Artis medicæ. Extat tomo IV Declamat. Phil. Melanthonis, pag. 244.

Oratio de Apellationibus Panum. Extat ibidem, pag. 318.

MELCHIORIS FLECKII

Oratio de præſtantia corporis humani, habita in Doctorali ſua coronatione, die VII Ianuarii, anno M D LXVIII. Extat tomo I Orationum Ingolſtadienſium. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1571, in 8.

MELCHIORIS GVILANDINI, *Boruſſi*

Papyrus, hoc eſt, Commentarius in tria C. Plinii Majoris de Papyro capita. Acceſſit Hier. Mercurialis Repugnantia, qua pro Galeno ſtrenue pugnatur. Item Guilandini Aſſertio ſententiæ in Galen. à ſe pronunciatæ. Venetiis, apud Ant. Vlmum, 1572, in 4.

Apologiæ, adverſus Petrum Andream Matthiolum, liber primus, qui inſcribitus Theon. Item, de ſtirpibus Epiſtolæ quinque. Præterea Manuco Diatæ, hoc eſt, Aviculæ Dei deſcriptio. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1558, in 4.

Epiſtola ad Conr. Geſnerum extat libro II Epiſt. Petri Andr. Matthioli, pag. 241.

MELCHIORIS SEBISII, *Argentoratenſis*

Diſſertationum de Acidulis ſectiones duæ: in quorum priore agitur de Acidulis in genere: in poſteriore vero de Alſatiæ Acidulis in ſpecie. Argentorati, apud Wilh. Chriſt. Glaſerum, 1627, in 8.

Exercitationes Medicæ quinquaginta, in alma Argentoratenſium Academia propoſitæ. Argentorati, apud Welperianum, 1624, in 4.

Diſputationes de recta ratione purgandi, docentes quos, quando, quibus pharmacis, & quo tempore purgare deceat. In inclyta Argentoratenſium Academia ingenii exercendi gratia propoſitæ. Argentorati, apud Ioan. Reppium, 1621, in 4.

Diſcurſus Medico-Philoſophicus de Caſu adoleſcentis cujuſdam Argentoratenſis mirabili: qui anno M DC XVII, octavo Aprilis, circa horam primam pomeridianam, mortuus in quodam pater-

paternarum ædium loco, adjacente ipsi serpente, à domesticis inventus fuit: publice in Argentoratensis Academiæ ἀκροάσει nova XIV Maji habito. Adjecta est Appendix de quibusdam Serpentum generibus. Argentorati, apud Paulum Ledertz, 1624, in 4.

De Serpentibus in humano corpore Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 410.

Historia mirabilis de Fœmina quadam Argentoratensi, quæ ventrem supra modum tumidum atque distentum ultra decennium gestavit, & tum hydrope uterino, tum molis carnosis septuaginta sex, tum ea hydropis specie conflictata fuit, quæ Ascites dicitur: fideliter relata, rationibus explicata, & commentario de hydrope uterino, molarumque forma, materia, efficiente, atque fine aucta. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1627, in 4.

Galeni Ars parva in XXX Disputationes resoluta. Argentinę, apud Marcum ab Heyden, 1633, in 8.

MELCHIORIS SEBISII, *Junioris*

De Vrinis: de Purgandi ratione: de Venæsectionis & sanguinis vacuatione tam universali; quam particulari Disputationes tres. extant Decade I Disput. quas collegit & edidit Ioan. Iac. Genathius. Basileæ, 1618, in 4.

MELCHIORIS SYSSENBACH, *Hirschbergâ-Silesii*

De Arthritide Disputatio. Extat Decade I Disputationum, quas collegit & edidit Basileæ, Ioannes Iacobus Genathius, 1618, in 4.

MELETII

De natura, structuraque hominis liber. E græco in latinum versus à *Nicolao Petrejo Corcyreo*. Venetiis, apud Gryphium, 1552, in 4. cum Hippocratis, Dioclis, Melampi, Polemonis ejusdem pene argumenti libellis.

MENGHI BLANCHELLI, *Faventini*

De Morbis particularibus à capite ad pedes, & de omni febrium genere opus. Venetiis, 1536, in fol.

De Balneis tractatus tres. Et de Balneo Villæ ad Dominos Lucenses Consilium. Extant Operis Veneti de Balneis, pag. 58.

MENELAI WINSEMII, *Leovardiensis*

Compendium Anatomiæ, disputationibus triginta sub ejus præsidio in illustri Academia Franequerana propositum. Franekeræ, apud Ægidium Radæum, 1605, in 4.

MERLINI, *Angli*

Laudabile Sanctum, seu Tractatus duodecim aquarum, quæ perpetuæ & vivæ nuncupantur. Extat in Harmoniæ Chymico-philosophicæ decade prima, ab *Hermanno Condeesyano* collecta, editaque Francof. apud Conr. Eifridum, 1628, in 8.

MICHAELIS ANGELI ROTÆ, *Veneti*

De Peste Veneta, anno MDCXXX, Quæstiones disputatæ.

tatæ. Sive Apologeticum ad Syllogisticam disputationem. Venetiis, apud Ghirardum de Imbertis, 1634, in 4.

MICHAELIS ANGELI BLONDI

De partibus Ictu sectis citissime sanandis, & Medicamento Aquæ nuper invento. Idem, in plurimorum opinionem, de Origine Morbi Gallici, deq; Ligni Indici ancipiti proprietate. Venetiis, apud Ioa. Ant. & Petrum de Nicolinis, 1542, in 8.

Libellus de Morbis puerorum. Venetiis, apud Hier. Calepinum, 1539, in 8.

De Memoria libellus. In quo non tam dogmata, quam & præsidia præstantissima narrantur, cum horis Mercurialibus, quibus omnibus servatis, & compressa excitatur, & firma solatur, procul dubio & diuturna servatur memoria prudentium. Venetiis, apud Ioan. Anton. & Petrum de Nicolinis, 1545, in 8.

Ex libris Hippocratis de nova, & prisca arte medendi, deque diebus decretoriis Epitome. Romæ, apud Hier. de Cartulariis, 1528, in 8.

De diebus Decretoriis & Crisi, eorumque verissimis causis in via Galeni contra Neotericos libellus: cum Abrahæ Avenezræ de luminaribus & criticis diebus tractatu, eodem autore recognito. Romæ, apud ffr. de Nicolinis, 1544, in 4. Lugduni, 1550, in 8.

Physiognomia, sive de cognitione hominis per aspectum, ex Arist. Hipp. Galeno. Romæ, apud eosdem, 1544, in 4.

De Maculis corporis liber. Romæ, apud eosdem, 1544, in 4.

MESSAHALÆ

De Elementis liber. Noribergæ, apud Martanum & Neuberum, 1544, in 4.

De Canum cura liber. Romæ, apud eosdem, 1544, in 4.

MICHAELIS BARTHII

Epistolæ binæ Medicæ ad Christoph. Pithopœum extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 114, 117.

MICHAELIS BOUTHEROVE, *Carnutensis*

Pyretologia. Divisa in duos libros: quorum primus universalia febrium signa, prognostica continet. Alter uniuscujusque febris diagnosin, & therapeiam complectitur. In eorum gratiam, qui rei chymicæ studio tenentur, chymica remedia unicuique febrium Speciei curandæ accommoda fuere addita. Parisiis, apud Ioan. Laquehay, 1623, in 8.

MICHAELIS de CAPELLA

Flores Avicennæ. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1508, in 8.

MICHAELIS DORINGII, *Vratislaviensis*

De Medicina, & Medicis, adversus iatromastigas & pseudiatros libri duo. In quibus non solum generatim Medicinæ origo,

origo, progressus, dignitas, & Medici officium prolixe asseritur: sed etiam particulatim tam Hippocraticæ & Galenicæ præstantia, quam Empiricæ, Magicæ, Methodicæ, & Paracelsicæ usus, atque abusus excutitur. Giessæ Hessorum, apud Nicol. Hampelium, 1611, in 8.

Acroama Medico-philosophicum de Opii usu, qualitate calefaciente, virtute narcotica, & ipsum corrigendi modo. Ienæ, apud Ioa. Eyring, & Ioa. Perfectum, 1620, in 8.

Διατριβὴ de Opobalsamo Syriaco, Iudaico, Ægyptio, Peruviano, Tolutano, & Europæo. Ienæ, apud eosdem, 1620, in 8.

De Calculo renum, ejus sectione & diureticorum usu Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 418.

De Musculorum usu Epistola extat ibidem pag. 519.

De aneurismate, dysenteria, & aqua chalybeata Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 192.

De gangræna, post hemicraniam, in pede oborta; ubi etiam an pruna & uva recentia, dysentericis conveniant, declaratur. Extat ibidem pag. 207.

De Partu monstroso Pragæ nato Observatio. Extat ibidem pag. 240.

De monstroso tumore omenti. Extat ibidem pag. 269.

Epistola de nova, rara, & admiranda Herniæ uterinæ, atque hanc justo tempore subsequentis Partus cæsarei historia. Extat ibidem pag. 449.

De Vulnere in hypochondrio dextro, & aliis quibusdam medicis. Extat Cent. I Epist. Hildani. Oppenheimi apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 412.

MICHAELIS EPHESII

Scholia in Aristotelis libros aliquot: nempe de Iuventute, senectute, vita & morte. de Longitudine ac brevitate vitæ. de Divinatione per somnum. è græco nunc primum conversa, *Conrado Gesnero Tigurino* interprete. Accessit quoque Nicolai Leonici Thomæi conversio atque explanatio primi libri Aristotelis de partibus animalium, lucubratio valde utilis, nunc primum etiam ex autoris archetypo in lucem edita. Basileæ, apud Bartholom. Westhemerum, 1541, in 8.

Consilium de Stranguria extat eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 276.

MICHAELIS GAVASSETII, *Novellariensis*

Exercitatio Methodi Anatomicæ. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1584, in 4.

Libri duo. Alter de rebus præter naturam, alter de Indicationibus curativis, seu de Methodo Medendi. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1586, in 4.

Libri duo. Alter de Natura Cauterii & ejus accidentibus. Alter de Præludiis Anatomicis, seu totius Artis medicæ fundamentis. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1584, in 4.

MICHAELIS IOANNIS PASCHALII, *Valentini*

Methodus curandi, cum Scholiis Petri Pauli Peredæ Setabensis. Lugduni, apud Iuntas & Paul. Giuttium, 1585, in 8. apud Horatium Cardon, 1602, in 8.

De Morbo Gallico tractatus. Extat Operis Veneti de Morbo Gallico tomo II, pag. 146.

MICHAELIS GEHLERI, *Gorlicii*

De Plica Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

MICHAELIS MAIERI

Atalanta fugiens, hoc est, Emblemata nova de Secretis Naturæ Chymica; Accommodata partim oculis & intellectui, figuris cupro incisis, adjectisque sententiis, Epigrammatis & Notis, partim auribus & receationi animi plus minus quinquaginta Fugis Musicalibus trium Vocum, quarum duæ ad unam simplicem melodiam distichis canendis peraptam, correspondeant, non absque singulari jucunditate videnda, legenda, meditanda, intelligenda, dijudicanda, canenda, & audienda. Oppenheimii, apud Hier. Gallerum, 1617, in 4.

Viatorium, hoc est, de Montibus Planetarum septem, seu Metallorum; Tractatus tam utilis, quam perspicuus, quo, ut indice Mercuriali in triviis, vel Ariadneo filo in Labyrintho, seu Cynosura in Oceano Chymicorum errorum immenso, quilibet rationalis, veritatis amans, ad illum, qui in montibus sese abdidit de Rubeapetra Alexicacum, omnibus Medicis desideratum, investigandum uti poterit. Oppenheimii, apud Ioan. Theod. de Bry, 1618, in 4.

Locus Severus, hoc est, Tribunal æquum, quo Noctua regina avium, Phœnice arbitro post varias disceptationes & querelas volucrum eam infestantium pronunciatur, & ob sapientiam singularem, Palladi sacrata agnoscitur. Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1617, in 4.

Examen Fucorum Pseudochymicorum, & in gratiam veritatis amantium succincte refutatorum. Francof. apud Ioa. Theod. de Bry, 1617, in 4.

De Circulo Physico Quadrato: hoc est, Auro, ejusque virtute medicinali, sub duro cortice instar nuclei latente; An & qualis inde petenda sit, tractatus haud inutilis. Oppenheimii, apud Hier. Gallerum, 1616, in 4.

Symbola aureæ mensæ duodecim nationum. hoc est, Hermæa seu Mercurii festa ab Heroibus duodenis selectis, artis Chymicæ usu, sapientia & autoritate Paribus celebrata, ad Pyrgopolynicen seu Adversarium illum tot annis jactabundum, virgini Chemiæ

Chemiæ injuriam argumentis tam vitiosis, quam convitiis argutis inferentem, confundendum & exarmandum, Artifices vero optime de ea meritos suo honori & famæ restituendum; ubi & artis continuatio & veritas invicta triginta sex rationibus, & experientia librisque authorum plus quam trecentis demonstratur; opus, ut Chemiæ, sic omnibus aliis. Antiquitatis & rerum scitu dignissimarum scitu percupidis, utilissimum, duodecim libris explicatum & traditum, figuris cupro incisis passim adjectis. Francof. apud Anton. Hummium, 1617, in 4.

Septimana Philosophica, qua Ænigmata Aureola de omni naturæ genere à Salomone Israelitarum sapientissimo Rege & Arabiæ regina Saba, nec non Hyramo, Tyri Principe, sibi invicem in modum Colloquii proponuntur & enodantur: ubi passim novæ, at veræ, cum ratione & experientia convenientes, rerum naturalium causæ exponuntur & demonstrantur, figuris cupro incisis singulis diebus adjectis. Francof. apud Hartmannum Palthenium, 1620, in 4.

Civitas Corporis humani, à tyrannide Arthritica vindicata: hoc est, Podagræ, Chiragræ, & Gonagræ, quæ, velut tyranni immanissimi artus extremos obsident, & excruciant, Methodica curatio. Francof. apud Lucam Iennisium, 1621, in 8.

Arcana arcanissima, hoc est, Hieroglyphica Ægyptio-Græca, vulgo necdum cognita, ad demonstrandam falsorum apud antiquos, dearum, heroum, animantium & institutorum pro sacris receptorum, originem, ex uno Ægyptiorum artificio, quod aureum animi & corporis medicamentum peregit, deductam. Vnde tot poëtarum allegoriæ, scriptorum narrationes fabulosæ, & per totam Encyclopædiam errores sparsi clarissima veritatis luce manifestantur, suæque tribui singula restituuntur, sex libris exposita. in 4. Locus & tempus editionis non exprimuntur.

Verum inventum, hoc est, Munera Germaniæ ab ipsa primitus reperta (non ex vino, ut calumniator quidam scoptice invehit, sed vi animi & corporis) & reliquo orbi communicata, quæ tanta sunt, ut plæraque eorum mutationem Mundo singularem attulerint, universa longe utilissima extiterint, tractatu peculiari evoluta, ac tradita. Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1619, in 8.

Themis aurea, hoc est, de legibus Fraternitatis R. C. tractatus, quo earum cum rei veritate convenientia, utilitas publica & privata, nec non causæ necessariæ evolvuntur & demonstrantur. Francof. apud Lucam Iennisium, 1618, in 8.

MICHAELIS NEANDRI, *ex Valle Ioachimica*

Synopsis mensurarum & ponderum, ponderationisque mensurabilium secundum Romanos, Athenienses, Georgos, & Hippoiatros, ex præstantissimis Auctoribus hujus generis contracta. Accesserunt quæ apud Galenum hactenus extabant de Ponderum & Mensurarum ratione vehementer depravata, nunc græce & latine

& latine multo correctiora. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1555, in 4.

MICHAELIS POLL

Structura ἀνθρωπολογική, sive σωματολογική, quam ex optimis quibusque Physiologis, & peritissimis Anatomicis apte constructam in Medicinæ studiosorum gratiam publici juris facit. Brandenburgi, apud Frider. Hartmannum, 1616, in 4.

MICHAELIS POTIER, *Dortmontani*

Philosophia pura, qua non solum vera materia, verusque processus lapidis Philosophici multo apertius, quam hactenus ab ullo Philosophorum proponitur: sed etiam viva totius mysterii revelatio filiis sapientiæ offertur, quod typis nunquam visum quamdiu stetit mundus. Accessit sub calcem Iudicium de Fratribus Roseæ Crucis. Francof. apud Lucam Iennisium, 1629, in 8.

Novus tractatus chymicus, de Vera materia, veroque Processu Lapidis Philosophici, quo pleniorem, planiorem, atque fideliorem hactenus non vidit Mundus. Cui accessit sub calcem ut verum, ita sincerum de Fraternitate Roseæ Crucis Iudicium. Francof. apud Hartmannum Palthenium, 1617, in 8.

Redivivi Apologia, contra Alchymistam Impostorem, qui Philosophum hunc in arte lapidis philosophorum verum ac indubitatum, imposturæ suspectum facere conatus est, fidem ut sibi apud rerum incautos pararet, &c. Francof. sumtibus Autoris, 1631, in 4.

Fons chymicus, id est: Vera auri & argenti conficiendi, ex naturalis Philosophiæ venis scaturiens ratio, ut olim ita & nunc à multis ejus artis ignaris & zoilis quidem impetita, Apologetice tamen acriter defensa. Coloniæ, apud Constantinum Munich, 1637, in 4.

MICHAELIS PSELLI

De Victus ratione libri duo. *Georgio Valla* interprete. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. cum Rhazæ, cognomento Experimentatoris, de Pestilentia libro: & Ioannis Manardi Ferrariensis Medici in Artem Galeni medicinalem luculenta expositione.

MICHAELIS REVDENII, *Bambergensis*

De novo Gummi purgante Epistola ad D. Ioh. Adamum Schwartzium Med. Vinariensem. Ejusdem Apologia ad D. Philippum Hechstetterum Med. Augustanum. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1625, in 12.

MICHAELIS RVCKERI

Disputatio Medica de Sanitate tuenda. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1583, in 4.

MICHAELIS SCHON, *Coburgensis*

Epistolæ binæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Norībergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

MICHAE-

MICHAELIS SCOTI

Physiognomia. Parisiis, apud Dionysium Roce, 1508, in 8.

Quæstio curiosa de natura Solis & Lunæ. Extat Volumine quinto Theatri Chymici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8.

MICHAELIS TOXITIS

Onomastica duo. I, Philosophicum medicum synonymum ex variis vulgaribusque linguis. II, Theophrasti Paracelsi, hoc est, earum vocum, quarum in scriptis ejus solet usus esse, explicatio. Argentorati, apud Bernardinum Iobin, 1574, in 8.

Spongia Stibii adversus Lucæ Stenglii Med. Doct. & Physici Augustani Aspergines. Argentinæ, apud Christianum Mylium, 1567, in 4.

Libri XIV Paragraphorum Philippi Theophrasti Paracelsi, Philosophi summi, & utriusque medicinæ Doctoris præstantissimi. Nunc primum in communem, utilitatem integritati restituti, latinisque explicationibus qua fieri potuit diligentia, atque studio illustrati. Argentorati, apud Christianum Mylium, 1575, in 8.

MICHAELIS VILLANOVANI

Syruporum universa ratio ad Galeni censuram diligenter expolita. Cui post integram de concoctione disceptationem, præscripta est vera purgandi methodus, cum expositione Aphorismi: Concocta medicari. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1545, in 8. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1546, in 8.

MICHAELIS VENETI

De morbo pestilente Commentatiuncula. Schmalcaldiæ, apud Michaelem Schmuck, 1582, in 8.

MICHAELIS ZANARDI, *Bergomensis*

Disputationes de Vniverso Elementari, in tres partes divisæ. In prima de Elementis, & mixtis disputatur. In secunda, de generatione, & corruptione, & mixtione, temperamentis, actione, alteratione, augmento, decremento, nutritione, & concoctione disseritur. In tertia, de meteoris, & in his inter cætera, de Melle, Manna: Signis Pestilentiæ: De Aquis, & Piscibus: de Metallis, Lapidibus, Plantis, Serpentibus, Quadrupedibus, aliisque. Venetiis, apud Ambros. Dei, 1619, in 4.

Disputationes de Vniverso Parvo, mixto Homine; usque in senium conservando. Ventilantes & concludentes causas longitudinis & brevitatis vitæ; temperamenta ejusdem cognoscenda per signa, rationes naturales, & Physiognomiam, quoad totum & singulas partes. Definientes insuper, quomodo possit homo diu vivere, & mortem in secundis causis retardare, per Cibum, Potum, Somnum, Vigilias, Exercitationem, Ocium, Venerem, Balneum, Evacuationes, fugiendoque animi passiones, & excedentes Elementorum qualitates. Venetiis, apud Ambros. Dei, 1619, in 4.

MICRERIS

Tractatus Chymicus ad discipulum suum Mirnefindum. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

MORIENI ROMANI, *Eremitæ*

De re Metallica, Metallorum transmutatione, & occulta summaque antiquorum medicina, Libellus. Item, Bernardi Trevirensis Responsio ad Thomam de Bononia de Mineralibus, & Elixiris seu Pulveris philosophici compositione, quæ pars est secretioris physicæ, scholiis aliquot per *Robertum Vallensem* illustrata. Ad calcem adduntur Tabulæ breves ab eodem Rob. Vallensi conscriptæ, quæ antiquorum intentionem de pulveris philosophici compositione, abstrusis eorum scriptis & ænigmatibus involutam, declarant. Parisiis, apud Guil. Guillard, 1559, 1574, in 4.

MOSCHIONIS

De Muliebribus affectibus liber. Extat Græce & Latine, in Gynæciorum libris, ab *Isr. Spachio* editis, pag. 1. Basileæ, apud Henricum Bebelium, 1538, in 8. apud Conradum Waldkirch tomo 1 Gynæciorum, adjectis remediis quibusdam incerti autoris, qui post Moschionis librum scripta reperiuntur.

MOYSIS HELDT

De læsa substantia Cerebri Observatio singularis, extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 496.

MVNDINI

Anatome omnium humani corporis interiorum membrorum. Papiæ, apud Anton. de Carcano, 1478, in fol. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1507, in fol. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1509, in 4. Lugduni, apud Blanchardum, 1529, in 8. cum Annotationibus, præsertim ad margines, Arnoldi Villanovani. Marpurgi, apud Christ. Egenolphum, 1541, in 4. Adjectæ sunt quarumcunque partium corporis ad vivum expressæ figuræ. Adsunt & Scholia non indocta, quæ prolixorum commentariorum vice esse possunt.

MVNDINI de LENTIIS, *Florentini*

Expositio, seu Canones universales super Mesuem. Extant cum Mesues Operibus.

MVNDINI MVNDINII, *Vicentini*

Disputatio in tres partes divisa, In qua ea, quæ de Semine sunt controversa inter Peripateticos, veteres Medicos, & doctissimos quosdam Neotericos accuratissime discutiuntur. Tarvisii, apud Aurelium Reghetinum, 1609, in 4.

De Genitura pro Galenicis adversus Peripateticos, & nostræ ætatis Philosophos ac Medicos, Disputatio. In qua nova præsertim dogmata spectantia ad fœtuum generationem, similitudines, morbos hæreditarios, notas corporis, facultatem formatricem

cem, calidi nativi, animarumque corruptibilium originem refelluntur. Necnon Animatio Seminis adversus recentiores omnes constanter defenditur. Venetiis, apud Euangelistam Deuchinum, 1622, in 4.

